



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historiæ Augustæ Scriptores VI**

Ælius Spartianus. Vulc. Gallicanus. Julius Capitolinus. Trebell. Pollio. Ælius Lampridius. Flavius Vopiscus

**Spartianus, Aelius**

**Lugduni Batavorum, 1671**

Trebelli Pollionis Divus Claudius, Ad Constantium Aug.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51232](#)

sed bono animo causabaris. Da nunc cuivis libellum non tam diserte quam fideliter scriptum. Neque ego eloquentiam videor pollicitus esse, sed rem: qui hos libellos quos de vita principum edidi, non scribo, sed dicto: & dicto cum ea festinatione, quam, siquid vel ipse promisero vel tu petieris, sic perurges ut respirandi non habeam facultatem. Nunc ad Claudium principem redeo: de quo speciale mihi volumen, quamvis breve merito vitæ illius videtur edendum: addito fratre singulari viro, ita ut de familia tam sancta & tam nobili faltem pauca referantur.

TREBELLII POLLIONIS  
DIVUS CLAUDIUS,  
AD  
CONSTANTINUM AUG.

**V**ENTUM est ad principem Claudium, <sup>3</sup> qui nobis intuitu Constantii Cæsar is cum cura in

CASAUBONI.

**T**REBELLII POLLIONIS.] Hunc verum auctorem esse, initio libri præcedentis probavimus. inferius autem dicturi sumus, videri hunc librum *Aegon dñi* esse prioris editionis; cum initio aliter hanc vitam auctore edidisset.

**2** Ventum est ad principem Claudium, q.] Ita scripti. Erat editum, Feliciter ventum est ad pr. Cl. qui ridiculus error ab antiquorum consuetudine profectus est, qui completo libro vocem FELICITER subjecere soliti, ac statim scripti continuare. Hieronymus ad Marcellam: Scire debemus apud Hebreos in fine librorum unum è tribus solere subnecti: ut aut Amen יְהוָה scribant, aut Sela נָלֹד, aut Salom, מְלֹא quod exprimit pacem, unde ⌈ Salomon pacificus dicitur:

ut solemus nos completis opusculis ad distinctionem rei alterius sequentis, medium interponere Explicit, aut Feliciter, aut aliquid istiusmodi. Qui antiquas membranas aliquando tractarunt, verissimum esse norunt quod ait Hieronymus. sape enim invenias diversos libros, interdum etiam auctorum diversorum opera, sine ullo spatio continuata, altera tamen harum dictiōnum interposita. Librarii vero vocem illam modo appingunt fini prioris libri, modo sequentis initio. Scriperat hic igitur librarius, Divus Claudius. Feliciter. sic supra invenimus in regio, Atoninus Pius. Feliciter.

SALMASIUS.

**2** Ventum est ad principem Claudium.] Si mei iudiciorum res esset, nullum tolli

<sup>1</sup> in literis digerendus est. De quo ego idcirco recusare non potui, quod alios, tumultuarios videlicet imperatores ac regulos, scripsoram eo libro quem *De triginta tyrannis* edidi, qui<sup>2</sup> Cleopatranam etiam stirpem, &

## Victo-

ex hoc loco verbum feliciter, quod omnes editiones antiquæ, omnesque adeo codices scripti heic constanter retinent: feliciter ventum est ad principem Claudiūm, qui nobis cum cura in literis digerendus est. quid enim, rogo te, erat causæ cur tolleretur? scio quidem & illud, solitum feliciter, subjici ad finem librorum, & ita saepius inveniti scriptum in antiquis libris, initio & fine voluminis: non tamen propterea hinc fuit expungendum, quod auctoris geminum germanum esse liquido possumus affirmare. cursus superiorum principum vitis, feliciter se venisse ad Claudiūm principem dicit, quem & sibi majore cura scribendum ait, contemplatione Constantii Cæsarī, in cuius gratiam quod is à Claudio imperatore originem duceret, ita tibias heic inflat Trebellius in laudando celebrandoque, & omnibus modis extollendo Claudio. Græci dicerent: ἀχαθή τύχη οὐθοδρψ ἐπὶ τῷ Κλαύδιῳ.

## CASAUBONUS.

<sup>3</sup> Qui nobis intuitus Constantii Cæsarī cum cura in literis digerendus est.] Jam ante monuimus perperam isto & similibus aliquot locis librorum superiorum, scribi in nonnullis libris, Constantini. nam Pollio imperante Diocletiano hac commentabatur, ut hoc ipso libro ipse testatur. Cæsar autem Diocletiani Constantius, non autem Constantinus. quod autem Constantius & Constantinus generis auctorem habuerint Claudiūm, docet Eumenius in panegyrico ad Constantium. sed uberioris hic scriptor, sub libri hujus finem.

## GRUTERUS.

<sup>1</sup> In literis digerendus est.] Pal. in literas, quod non spreverim.

<sup>2</sup> Qui Cleopatranam etiam stirpem & Victorianam, & quæ nunc est, detinet.] Pal. qui Cleopatranam etiam stirpem Victorianam quæ nunc detinet. quæ lectio si retineatur, rescribaturque, Victorianamque nunc detinet, nihil erit ejus difficultatis, qualis erat in scriptura priore.

## CASAUBONUS.

<sup>2</sup> Cleopatranam etiam stirpem & Victorianam & quæ nunc est.] Zenobia Cleopatranā stirps fuit, ut ante dictum. Legebam, quæ & nunc est. ac de Victorianā stirpe intelligebam: sed hoc non dixit Trebellius libro superiore, cum de Victoria tot locis ageret. nihil muto igitur, & stirps quæ nunc est, interpretor de sobole Censorini: quam Pollionis aetate adhuc existisse ex priore libro didicimus.

## SALMASIUS.

<sup>2</sup> Qui Cleopatranam etiam stirpem, & Victorianam & quæ nunc est detinet.] Sana non est lectio, ex qua non mirum si nihil sani potuerunt elicere viri docti, qui tota re aberrarunt i expiscando hujus loci sensu. Palatinus habet: qui Cleopatranam etiam stirpem Victorianam quæ nunc detinet. à quo minimum recedit princeps editio. sic igitur me auctore emendabis, & totum hunc locum ita leges: de quo idcirco recusare non potui, quod alios tumultuarios videlicet imperatores ac regulos, scripsoram eo libro, quem de triginta tyrannis edidi, qui Cleopatranam etiam stirpem, Victorianamque nunc detinet. Cleopatranā stirps est, Zenobia, dicit Trebellius non potuisse recusare quin Claudiī vitam scriberet. quum enim hoc dederit minutis principibus & regulis, quos uno volumine est complexus, nec illis tantum, sed etiam duabus feminis Zenobia & Victoria-

vix.

Victorianam, & quæ nunc est, detinet. Siquidem eores processit ut mulierum etiam vitas scribi Gallieni comparatio effecerit. Neque enim fas erat cum tacere principem<sup>1</sup> qui tantam generis sui prolem, qui bellum Gotthicum sua virtute confecit, qui manum publicis cladibus victor imposuit, qui Gallienum prodigiosum imperatorem, etiamsi non auctor consilii fuit, tamen ipse imperaturus bono generis humani à gubernaculis publicis depulit: qui si diutius in hac esset commoratus Rep.<sup>2</sup> Scipiones nobis & Camillos, omnesque illos veteres suis virtutibus, suis consiliis, sua providentia reddidisset. Breve illius imperio fuit tempus: sed breve fuisset

nz, quæ etiam nunc illo triginta tyrannorum libro continentur, non potuisse aut debuisse id negare rati tantoque principi qualis Claudius fuit. sciendum est ideo Trebellium dicere, libellum suum de triginta tyrannis etiam nunc detinere Zenobiam & Victorianam, quod post expletum numerum triginta tyrannorum, ut libri titulus pollicebatur, videbatur delere debuisse Zenobiam & Victorianam, quæ nihil jam ad numerum pertinerent. quarum in locum successerant Titus & Censorinus ad numerum integrandum. illas tamen se reliquisse, siquidem eo res processerit, ut in comparisonem Gallieni vita sordidissimæ & luxuriosissimæ, non male mulierum etiam vita in litteras sint relatæ. hoc voluit Trebellius. nihil igitur heic quærendum de Victorianâ stirpe, neque de Censorini, quæ nimis aliena sunt & inepta. miror tamen, cur Cleopatram potius *stupem* dixerit Pollio, quam id quod erat simplicius, Zenobium, quandoquidem & Victorianam simpliciter dixit.

<sup>1</sup> Qui tantam generis prolem, qui bellum Gotthicum sua virtute confecit. <sup>2</sup> Manifesto deest verbum. Palatinus addit: qui tantam generis sui prolem. sed

deest adhuc, *habet*. nempe Constantium Cæsarem. edidit vero, aut simile verbum, non est aptum satis huic loco. quomodo enim dici potest edidisse Constantium Claudius, qui nihil liberorum reliquit? certum est siquidem Constantium ex Crispilia, qui frater Claudii fuit, natum esse. non igitur potuit edere Constantium Claudius.

<sup>2</sup> Scipiones bonos & Camillos, omnesque illos veteres.] Quare bonos Scipiones? aut cur illis hoc portissimum epitheton adjecit? Palatinus: *bonis* ex tua syllabarum trajectio totum emendationis negotium conficiet: Scipiones nobis & Camillos, omnesque illi veteres suis virtutibus, suis consiliis, sua providentia, reddidisset.

## CASAUBONUS.

<sup>1</sup> Qui tantam generis prolem, q.] Decit edidit. vel scribendum, cui tanta genera proles.

## GRUTERUS.

<sup>1</sup> Tantam generis sui prolem.] Sic Palnam sui prius exsulabat vulgatis. interim adhuc aliquid deest loco, nisi repetere velimus conficit.

<sup>2</sup> Scipiones bonos.] Pal. Scipionis bonis.

fuisset etiamsi quantum hominum vita suppetit, tan-  
tum vir talis imperare potuisset. Quid enim in illo non  
mirabile? quid non conspicuum? quid non triumpha-  
libus vetustissimis præferendum? In quo Trajanī vir-  
tus, Antonini pietas, Augusti moderatio, & magnoru-  
m principum bona sic fuerunt ut non ab aliis exem-  
plum caperet, sed etiam si illi non fuissent, hic ceteris  
reliquisset exemplum. <sup>1</sup> Doctissimi mathematicorum  
centum & viginti annos homini ad vivendum datos  
judicant, <sup>2</sup> neque amplius cuiquam jactitant esse con-  
cessum: etiam illud addentes, <sup>3</sup> Mosen solum, Dei (ut  
Judæorum libri loquuntur) familiarem, cxxv. annos  
vixisse: qui quum quereretur quod juvenis interiret,  
<sup>4</sup> responsum ei ab incerto ferunt numine, neminem

plus

## SALMASIUS.

<sup>1</sup> Ut non ab aliis exemplum caperet.]  
Pal. ut nominib. ab aliis. lege: ut non ille  
ab aliis exemplum caperet.

## CASAUBONUS.

<sup>2</sup> Doctissimi mathematicorum centum &  
viginti annos homini ad vivendum datos  
judicant.] Servius: Tribus humana vita  
continetur: natura, cui ultra centum &  
viginti solstitialis annos concessum non est:  
satis, cui non aginta anni, hoc est, tres Sa-  
turni cursus exitium creant, nisi forte alia-  
rum stellarum benignitas etiam tertium e-  
jus supererit, cursum: fortuna, id est, casu,  
qui ad omnia pertinet quæ extrinsecus sunt,  
ut ad ruinam, incendia, naufragia, venena.  
Auctor dialogi de causis corruptæ  
eloquentiæ, centum viginti annos  
unius hominis ætatem vocat. At ju-  
nis civilis Rom. autores, quibus af-  
seniuntur Græci Latinique scripto-  
res omnis generis, centum annis lon-  
gissimum vitæ hominum tempus de-  
finiunt: ersi ne in hac quidem mun-  
di senecta exempla desunt eorum qui  
longe ulterius vitam produxerunt.  
Apud Vopiscum in Tacito facerum  
quoddam extat aruspicum respon-  
sum, ubi spatium idem cxx, anno-

rum longissimam hominis vitam  
terminat.

<sup>3</sup> Neque amplius cuiquam jactitane  
esse concessum.] Ex Plinii libro septimo,  
Luciani Longævis, & Phlegonite  
Tralliano, ut alias taceam historias,  
& hodierna exempla, constat hoc es-  
se falsissimum.

<sup>4</sup> Mosem solum, Dei, ut Judæorum li-  
bri loquuntur, familiarem cxxv. annos  
vixisse.] Errat bifariam Trebellius in  
hac historia, ceu peregrinus in alieno  
solo: nam Moses non cxxv. sed cen-  
tum & viginti tantum implevit: &  
quod ait excepto Mose neminem  
centum & xxv. annos transcendisse,  
ex libris factis scimus esse falsissi-  
mum.

<sup>5</sup> Qui cum quereretur quod juvenis in-  
teriret.) Juvenis, hoc est integris &  
vegetis omnibus sensibus: quod di-  
serte in extremo ultimi libri Mosaici  
scriptum est.

<sup>6</sup> Responsum ei ab incerto ferunt numi-  
ne, neminem plus esse vixitum. ] Fabula  
est: cui originem præbuerunt male  
intellecta ista verba ex capite sexto  
Geneseos: ἵσταται οὐκέπει αὔτον  
ἐγερτὸν εἰκόνην. Est autem vetustissi-  
mus error: nam & Josephus cxx.  
annos

plus esse victurum. <sup>1</sup> Quare etiam si c & xxv. annos  
Claudius vixisset, <sup>2</sup> necessariam quidem mortem ejus  
expe-

annos quorum spatium indulget  
Deus humano generi ad poenitentiam,  
prius quam diluvio pereant  
omnia, putat esse tempus longissimum,  
quo homines posthac sunt vi-  
cturi. πᾶν δέ τον λόγον, αιτίαν  
τοπερδέξεν αὐτὸν Διαφθέρων τοῦ ποιη-  
σμοῦ θύρας ἔτερον πονηρίας παθαρον  
ἐπιτεμένῳ θύρᾳ αὐτῶν τὸ βίον, τοῦ ποιη-  
σμος ἐταύτην δόμην περιτερον τέλεων, αὐτὸν  
ἐκεῖτον εἴησεν. sed fallitur Josephus  
cum aliis & Gracis & Latinis: &  
praterea non constat sibi Josephus,  
qui eodem libro Αἰγαίολοζιας pri-  
mo, cap. vii. non post cataclysmum  
sed post Mosis obitum desisse scribit  
ann. cxx. excedere. at qui tempus me-  
dium est à diluvio ad mortem Mosis  
amplius quam icccccl.

## SALMASIUS.

<sup>1</sup> Quare etiam si c. & xx. annos Clau-  
dius vixisset, necessariam quidem hujus  
mortem expectandam fuisse. ] Putant e-  
ruditi homines non integrum esse  
auctoris sententiam, sed alterum  
membrum desiderari. non idem pu-  
to. & quæ heic dicunt, fidem faciunt  
parum felices eos fuisse in hujus loci  
sensu aperiendo. nulla fere mutatio-  
ne sic lego: quare etiam si centum &  
viginti annos vixisset, ne necessariam quidem  
mortem ejus expectandam fuisse, ut  
de Scipione loquitur Cicero, stupenda &  
mirabilis decet vita. quæ verba hoc vo-  
lunt: Querebatur Cicero, de Scipio-  
ne loquens, non ejus saltem neces-  
sariam mortem fuisse expectatam, cui  
omnes immortalitatem, si fieri pos-  
set, optarent. at heic Trebellius de  
Claudio ait, et si centum & viginti  
annos vixisset, non tamen necessariam  
ejus mortem expectandam fuisse,  
ut Cicero Scipionis necessariam  
saltem expectandam fuisse dicebat,  
tam mirabilem enim & stupendam  
fuisse vitam Claudii principis, ut ne-

mo debuerit, vel necessariam ejus  
mortem expectare, et si ad illam atra-  
tem pervenisset, & vivendi finem, qui  
longissimus mortalibus à diis est  
concessus. quæ autem expectamus,  
ea evenire optamus, & magno cum  
desiderio speramus. hinc expectati  
parentes filiis, qui odiosi sunt, quo-  
rumque longa vita molesta & onero-  
sa filiis, in dies singulos finem ejus  
expectantibus atque optantibus. ex-  
pectare enim est impatienter deside-  
rare, & sine præscriptione temporis  
esperare. Donatus: expectamus ante  
diem, speramus ad diem. unde avidius re-  
telligitur qui expectat, quam quis spera.  
dolet Ciceron non expectatam esse  
mortem necessariam Scipionis, ab his  
qui agre ferebant eum vivere, cum  
nemo esset, qui non eum immorta-  
lem fieri cuperet. Trebellius vero,  
ne necessariam quidem Claudi mor-  
tem expectandam fuisse, etiam si lon-  
gissimum vitæ tempus foret confe-  
quutus, nam omnium iudicio breve  
tempus ejus fuisse, etiam si quantum  
hominum vita suppetit, tantum vir-  
tus actus tantus vivere potuisse. hic est  
sensus, hæc sententia horum Tre-  
bellii verborum, quam parvo negotio  
expedivimus, addita sola particula ne-  
quæ sequentis vocis ab eadem syllaba  
incipientis, concursu, cessisse loco  
videbatur. vereor etiam, ut illa ver-  
ba, ut Tullius de Scipione loquitur, pro Milone,  
satis sincera sint, & dubito an ex-  
glossa vel adnotatione cujusdam lec-  
toris huic loco sint adfixa. & dubi-  
tationem meam exauget Palatinus  
liber, in quo legitur: ut Tullius de Scipione  
sic loquitur. possunt tamen re-  
neri cum interpretatione, quam po-  
suimus.

## CASAUBONUS.

<sup>2</sup> Necessariam quidem mortem ejus  
expectandam fuisse, ut Tullius de Scipione  
loquitur pro Milone, &c. ] Puto illa delen-  
da.

expectandam fuisse, ut Tullius de Scipione loquitur pro Milone, stupenda & mirabilis docet vita. Quid enim magnum vir ille domi forisque non habuit? Amavit parentes. Quid mirum? Amavit & fratres. Jam potest dignum esse miraculo. Amavit propinquos: res nostris temporibus comparanda miraculo. Invidit nulli, malos persequutus est. Fures judices palam aperteque damnavit. <sup>1</sup> Stultis, quasi negligenter, indulxit. Leges optimas dedit. Talis in Republ. fuit, ut ejus stirpem ad imperium summi principes eligerent, emendatior senatus optaret. <sup>2</sup> In gratiam me quispiam putet Constantii Cæsaris loqui: sed testis est & tua conscientia, & vita mea, me nihil unquam cogitasse, dixisse, fecisse gratiosum. Claudium principem loquor, cuius vita, probitas, & omnia quæ in Republica gessit, tantam posteris famam dederè, ut senatus populousque Rom. novis eum honoribus post mortem affe-

da, pro Milone. Locus Ciceronis ita habet: *Cum P. Africano domi suæ quieti illa nocturna vis esset illata, cuius tum non genuit? quis non arsit dolore? quem immortalis, si fieri posset, omnes esse cuperent, ejus ne necessariam quidem expectatam esse mortem? ex hujus loci cum verbis Pollio's comparatione palam est, non esse integrum sententiam auctoris, sed omnino alterum membrum deesse. id etiam ex eo constat certo, quod vulgata lectionis hujus loci sensus potest esse omnino nullus. Fuit autem integri loci sententia sine dubio hujusmodi, et si verba fortasse non penitus ista. Quare etiam si c. & xxv. annis Claudio vixisset, nec Cesariam quidem ejus mortem expectandam fuisse, sed immortalitatem tamere ei optandum fuisse, (ut Tullius de Scipione loquitur) stupenda & mirabilis docet vita. Velim comparent studiosi verba Ciceronis cum hac nostra emendatione: ita enim futuros illi aquiores confidimus: et si, ut jam dixi, præstare verba nolim.*

Tom. II.

GRUTERUS.  
1. *Stultis quasi negligenter indulxit.] Pal. quoque negligenter.*

## CASAUBONI.

2. *In gratiam me quisquam putet Constantii Cæsaris loqui.] Ex variis locis hujus libri apparet, habuisse Pollionem inimicos, qui ejus scripta tanquam adulatio plena vituperarent. Ac videtur aliter habuisse vita hæc cum primum est edita: nam hæc, quam nunc legimus, nisi fallor, altera editio est: cum auctor ut malevolis obrectatoribus responderet, totum librum retexuit. Declarat hoc ista adeo seria & accurata adulatio deprecatio: qua nihil opus fuit, nisi jam expertus fuisset hic liber maledicorum dentes: illius imprimis, quem intelligebat Pöllio, cum hæc scriberet: Dicat nunc qui nos adulatio accusat, Claudio minus esse amabilem. & postea: Vera dici fides cogit: simul ut sciant hi qui adulatores nos existimari cipiunt, id quod historia dici postulat nos nontacere.*

Z

I. III.

Illi clypeus aureus, vel, ut grammatici loquuntur, clypeum aureum. ] Duo significat vox clypeus, scutum, sive *άσπιδα*, & imaginem. prima inventio fuit ad necessitatem, ut corpus defendaret: deinde accessit decoris & elegantiae studium, cœperuntque pingi scuta. inde nominis hujus diversa notio, ut recte censet Plinius libro xxxv. cap. iii. at grammaticis hic libuit esse subtilibus. nam quia clypeus & clupens sive clypeus scribitur hoc nomen apud antiquos, sic visum illis distinguere, ut clypeus sit *άσπις*, clupens imago. Caper; Clupeum, imago: clypeus, *άσπις*, sed jure Plinius eo loco ridet hanc, ut ipse appellat, *perversam grammaticorum subtilitatem*. Atqui olim aliter senserat idem Plinius: nam scribit Sosipater Charisius libro primo: Plinius Dubit sermonis secundo, indistincto genere dici ait, sed litera differre: ut pugnatorum per clypeum dicamus, quod est à clypeo, id est celare dictum: imaginem vero per *άσπιν* cluendo. Sed haec differentia nihil displicet, propter communionem i literarum. nihilo ipsis subtiliores allii grammatici, qui distinctionem eandem in diversitate generis ponebant, ut ibidem ex Labieno observat Sosipater, & eo nunc respicit Trebellius. sed refellit eosdem veterum auctorum usus: qui nullo discrimine pugnatorum clypeum extulerunt. Lege Nonium & Sosipatrum ipsum.

## SALMASIUS.

Illi clypeus aureus, vel, ut Grammatici loquuntur, clypeum aureum. ] Nugæ sunt Grammaticorum distinctiones illæ de clypeo pugnatorio, & clupeno imaginis, ut jam pridem doctissimis viris est observatum. dicam tamen hoc loco, quod observasse adhuc puto neminem. hujusmodi imaginum clypeos, οὐλα etiam Græcis antiquissimis dicta, οὐλοι autem est clypeus. sic enim Latini etiam veteres *arma proprie scuta* appellariunt. unde *arma*

*ancilia*. Scholiastes Pindari ad Isthmionicas: εἰσὶν Αἰγαῖαι φρεστα Θησαίων. ἀφ' ἧς ἡκαὶ πιές ἐς Σπαθίν, Δακεδαμιούτοις βοσκήσιτες ὑπὸ τῆς Α' μυκλέτις πόλεμω, ἡγαντοὶ χρησιμότεροι Τιμφράχω, ὅς τερπον πάντα τὰς πόλεμον διέταξε Δακεδαμιούτοις. μεγάλων ἢ παρ' αὐτῆς ἡξιάθη θησαῖν, καὶ τοῖς Υακινθίοις ἐπειδὴ τέτταν Θησαίοις, οὐλοῖς σκάλαγνοι πάντα ἵστοι καὶ Α' ειστέλλεις σὺ τῷ Δακεδαμοῖς πόλιτεῖα. hinc notum est, unde Latini didicent vocare clypeos, imagines, thorace tenus depictas nam οὐλοι, ut dixi, est clypeus. idem erat Lacedæmoniis θύραξ, quod Thebanis οὐλοι. & sane thoracem, & clypeum Latini pro eadem re usurpant, ut paulo post indicabimus. clypeos autem istos, ut ita dicam, imaginatos, Græci δίσκους etiam vocant. Paulus Silentarius in ecphrasi templi Sanctæ Sophiæ, quam nondum editam penes me habeo:

---- αὐλαὶ καὶ αὐτές  
Κιονας δρυμέοις οὐλαὶ σκάλανθι  
μεγάλοις,  
Τηλεσόλοις σελάσσεστοι λελαπόποι  
ἔξαντο δισκές,  
Οἰς ἐπὶ καλλιπόνοιο χερῷς περίρριψε  
ρυθμῷ  
Οἶνος τερπετούσιος γάλανψη κατέβαστ  
δίσκους,  
Ων μέσον αὐχενάριο θεῶν δέκανη  
γαργέζα,  
Α' απορα δυσαρέσις βροτίνος ιδελ-  
ματος μορφής.  
in medio illorum discorum, ut vides, erant Christi Domini nostri imagines. ab similitudine igitur clypearum dicti illi sunt dicti. unde Vitellius patinam illam suam ingentem, clypeum Minervæ appellabat. eos discos vel clypeos μισθίσα δέγνησα αὐλυνθα vocat Constantinus Porphyrogenetes, hoc est missoria argentea ad magistrum.

quuntur, clypeum aureum senatus totius judicio in Romana Curia collocatum est, 'ut etiam nunc videatur.

*naglyfa.* perperam vir eruditissimus animadversionibus in Eusebium, mensulas argenteas excuptas, vertit. *μυρσέτα* enim non sunt mensulae, sed missoria, hoc est disci vel ferrulae. mos est recentioribus Græcis, voces quas ex Latino sunt mutuati, ubi duo stigma occurunt, alterum mutare in *η*. ut *μύρση*, missus: *ἀρλινός*, antecessor: *Σάρενός*, Successus: *μυρσίος*, missorum. missoria igitur & disci, & clypei, pro eodem sumuntur, qui imagines scilicet, & vultus pictos præferebant.

## CASAUBONUS.

I Ut etiam nunc videatur.] Non displiceat, ubi etiam n. v. & fortasse mutata distinctione sic melius: ubi etiam nunc vid. expressa thorace vultus ejus imago.

## GRUTERVS.

I Ut etiam nunc videatur expressa thorace vultus ejus imago.] Ita distinxii volente Palatino: qui tamen non habet illud *imago*, quod forte etiam abesse poterat.

## SALMASIUS.

I Ut etiam nunc videatur expressa thorace ejus vultus imago.] Hæc non magnam sanitatem præferunt, sive verba ipsa species, sive distinctionem. in Palatino non comparet illa *imago*. sic igitur totum locum lego distinguoque: illi clypeus aureus, vel ut Grammatici loquuntur, clypeum aureum, senatus totius judicio in Romana curia collocatum est, ut etiam nunc videatur, expressa thorace vultus ejus. ut etiam nunc videatur, id est, quemadmodum etiam nunc videatur. sic in Pisone, statuam inter triumphales, & terrus quadrigos Pisones decreverunt: sed statua ejus videatur: quadrigæ autem quæ decretæ fuerant, ad alium translatæ, reditæ non sunt. expressam autem thoracem vultus Claudi in illo clypeo fuisse scribit Trebellius. ubi notan-

dum est, thoracem genere fæminino extulisse: nisi quis putet legendum, expressa thorace vultus ejus, imago autem ab illis fuit addita, qui ignorabant thoracem, imaginem significare. thorax igitur *vultus* hoc loco, est imago vultus. nam thoraces vel thoracides e-jusmodi imagines dicebantur thorace tenus expressæ, quas Græci *αρλινός* appellant. thoraca, thorace recentioribus Latinis dicta est, ut lampada pro lampas. Persida pro Persis. & similia sexenta. inde diminutivum *thoracula* vel *thoracela*. & altera *τύπονθετική* forma illis temporibus usitata, *thoraceta*. hinc legi apud Arculphum de locis sacris, scriptorem nondum editum: de sanctæ matris thoraceta. & alibi: thoracetam beatæ matris. item paulo post: cujus thoracetam in re natura imperetrabilis penetrabilem fecit. in illo igitur clypeo aureo, qui Claudio positus est, ipsius imago expressa erat. Isidorus in Glossis: clypei, ubi imagines proponuntur. eos clypeos aut parietibus adfigebant, aut columnis adpendebant, ideoque & *συλοπινάκια* dicebantur. habemus aliquot epigrammata nondum edita, varias historias continentia, quæ in *συλοπινάκιοις* erant depictæ vel calatae, in templo Apollonis matris Attali & Eumenis, quorum hic est titulus: *ἐν Κυζίκῳ εἰς τὸν Αἰγαίωντος τὸν μητρὸς Αἴταλα καὶ Εὐμενῆς, ἀπὸ εἰς τὰ συλοπινάκια ἐγέρασθε, αὐτοῖς οὐδενὶ λύθεις ισχειας*. ubi *συλοπινάκια* sunt disci vel clypei ad columnas templi adfixi, in quarum cavitate historiæ illæ erant cælo expressæ. nam & *πίνακες*, ut nemo nescit, sunt disci & lances. sic *μυρσέτα* *ἀρλινός* Constantinus dixit, ut supra notabamus, quæ *συλοπινάκια* vocantur in illo titulo. in sequentibus postea lemmatibus, *πίνακες* appellat, *αρλινός*, *ἀρλινός*, *οὐδείτερος*, *οὐτείτερος* *πίνακες*.

tur. Expressa thorace vultus ejus imago. Illi, (quod nulli antea) populus Rom. sumptu suo <sup>1</sup> in Capitolio ante Jovis Optimi Maximi templum, <sup>2</sup> statuam auream decem pedum collocavit. Illi totius orbis judicio in Rostris <sup>3</sup> posita est <sup>4</sup> columna, cum palmata statua

super-

neque de tabella picta exponentum est. nam *αἰγαγλύφες ιστείας* continere illos πίνακας in titulo ostendit. argenteos igitur appetet fuisse. sed & verbo λαξισθεῖς usus est. quod satis indicat non fuisse picturas, sed cataratas. *ἐν τῷ ἐσθόμεῳ*, inquit, πίνακις εὐαλλάξθυτης οἱ Ποσειδῶνοι παιδεῖς, Πειδίας καὶ Νηλοῦς τὸν ἑωτῶν μητέρα *ἐν δεσμῷ βόρδυν*. & paulo post, verbo γλύφεσθαι utitur: *ἐν δὲ τῷ καὶ δύσι τῷ μερῷ ἐπὶ τῷ δέκατῳ δέκατος πίνακος Εὔνοος γαγλυμάρῳ καὶ Θόας, εἰς ἐγέρνατα* (*εἰν Υψηλῇ πόλῃ.* πίνακes igitur, & συλοπινάκια, δίσκοι, κύκλοι, μινσέρια, & αστιδεῖς, ὀπλα, θύρακες, θύρακides, σηθαιεῖα, ασθεῖα), synonyma sunt de hujuscemodi clypeorum imaginibus. Latini clypeos, scuta, thoraces, thoracides, thoracetas, discos, missoria, atque etiam cyclos, ut supra notare memini ad Tetricum juniores, appellatunt. Lacedæmonii θύρακες, Thebani ὀπλα clypeatam imaginem vocabant, ut constat ex illo veteris scholiastra Pindari loco, quem in superiori animadversione protulimus. sic Latinis clypeus & thorax pro eodem. Trebellius hoc loco, expresso thorace vultus ejus. Ruffinus Presbyter hist. Eccles. lib. xi. thoraces Serapis qui per singulas quasque domos, in parietibus, in ingressibus, in portibus etiam ac fenestris erant. ὀπλα autem Græcis scutum vel clypeus, unde & Latinis clypeus pro imagine.

#### CASAUBONUS.

<sup>1</sup> In Capitolio ante Jovis OPT. MAX. templum. <sup>2</sup> Plinius in Panegyrico: Tuam statuam in vestibulo Jovis OPT. MAX. u-

nam alterans, & hanc æream certimmo: at paulo ante, aditus omnes, omnes gradus, totaque area, hinc auro, hinc argento relevabat. Suetonius in Domitiano cap. xiii. Statuas sibi in Capitolio non nisi æreas & argenteas ponit permisit ac ponderis certi. præcedentia igitur verba Pollio-nis, quod nulli antea, non sunt referenda ad locum ubi posita hæc Claudi statua.

<sup>3</sup> Statuam auream decem pedum collocavit.] Ita omnes libri scripti editi-que. Et satis compertum est vel ex Plinii libro xxxiv. quo plurimum es- sent pedum statuæ, eo fuisse magis honorificas. omnium honorissimas, colosseas: quæ quidem in usu fuerunt rarissime. nam deorum statuæ legitimam staturam hominis ter-fere continebant: heroum bis, regum & imperatorum istis erant bie-viores: cuiusmodi hæc Claudio à se-natu collocata pedum decem, sesqui-alteram proportionis rationem non multum, ut videtur, excedens: cum esset Claudio digitos aliquot, ultra sex pedes longus. fuisse enim statuta procerum infra testatur Pollio. Sed afferunt viri docti aliam hujus loci lectionem, decem pondo col. quam scri-pturam si reperi-ssemus ullo in libro, placeret omnino ipsorum emenda-tio, c. 10. pondo. verum, ut dixi, aliter omnia exemplaria.

#### SALMASIUS.

<sup>3</sup> Posita est columna cum palmata statua superfixa.] Posita est columna, statua pal-mata superfixa. ita Pal. & vet. ed. nec necessarium est illud, cum.

#### GRUTERUS.

<sup>4</sup> Columna, cum palmata statua super-fixa.] Præpositio cum abest Palatino, fortassis non male.

x Libr.

superfixa, <sup>1</sup> librarum argenti mille quingentarum.  
<sup>2</sup> Ille velut futurorum memor, <sup>3</sup> gentes Flavias quæ

## Vespasianus.

<sup>1</sup> Librarum argenti mille.] Pal. argentearum.

<sup>3</sup> Gentes Flavias, quæ Vespasiani & Titi, nolo, &c.] Pal. non habet Vespasianus.

## CASAUBONUS.

<sup>2</sup> Ille velut futurorum memor.] Atqui memoria præteriorum est non futurorum, quæ non possumus nisi conjectura, & prævidentia quadam complecti animo. Mire igitur hac voce abusus, *memor* dixit, cum debuissest *providus*. & hic autem blanditur Constantio, ut statim aperiemus.

<sup>3</sup> Gentes Flavias quæ Vespasiani & Titi, nolo autem dicere Domitianus fuerant, propagavit.] Vespasianum & Titum cum censores essent patriciarum gentium numerum auxisse scribunt veteres. Videntur autem qui in patricios tum adsciti fuere, communi Flaviam gentium nomine appellati. nam interpretari aliter hunc locum non possumus. has igitur gentes Flavias propagavit Claudius, inque earum numerum novos patricios adscivit: quasi jam tum, ait Pöllio, velut è specula prævidisset deferendam imperium uni ex illis gentibus orto: Constantio nempe Cæsari cuius laudi faciet ubique Trebell. Et Constantium autem & omnem ejus stirpem Flaviorum nomen gestasse notum est omnibus.

## SALMASIUS.

<sup>1</sup> Librarum argenti mille quingentarum.] Librarum argentearum. Palat.

<sup>3</sup> Gentes Flavias quæ Vespasiani & Titi, nolo autem dicere Domitianus, fuerant.] Mirari satis non possum, quia factum sit, ut in libris omnibus quæ scriptis, quæ editis antiquis nomen Vespasiani non legatur. sic enim omnes: gentes Flaviasque, vel Flavias quæ & Titi, nolo autem dicere Domitianus, fuerant. putarim legendum: gentes Flavias Vesp. & Titi, nolo autem dicere Do-

mitianus, propagavit. ex compendiosa enim scriptura Vesp. que factum esse suspicor. nam Palatinus habet: Flaviasque. Domitianum autem nolle se ait, quod is gentem Flaviam vitiis suis maculasset. unde illud Martialis apud veterem Juvenalis scholiasten: Flavia gens, quantum tibi tertius absurdit heres!

Pone fuit tanti non habuisse duos. in sententia autem horum verborum, quibus dicitur Claudius gentes Flavias propagasse, merito haerent doctissimi viri. quibus tandem placuit sic exponere: Vespasianum & Titum Censores patriciorum numerum auxisse, & in patricios adscivisse multos, qui communis Flaviarum gentium nomine sunt appellati. dicam, quod sentio. id nunquam mibi placere potuit. certum quidem est. Vespasianum & Titum in censura sua amplissimum ordinem variis bellis exhaustum supplevisse. & honestissimum quemque ex Italicis & provincialibus adlegisse. sed quis dixit alleatos illos, in gentem quoque & nomen Flaviorum adscitos? Claudium denique in earum gentium numerum alios adsumpsisse, & sic Flavias gentes propagasse? hoc procul carret ratione. fundum igitur illa opinio non haber, aut in historia finde, aut in rei veritate: sed nec similitudinem quidem ullam veri continet. nam quod præterea dicit vir doctissimus, Claudium in earum gentium numerum novos patricios adscivisse, quasi jam tum futurorum providum, utpote qui hoc facto præfigaret uni ex illis gentibus orto deferrendum aliquando imperium, id omnino falsum esse, & pugnare cum historia veritate, res ipsa evincit. nec enim Constantius in cujus gratiam hæc omnia scribuntur, ex illis imaginariis patriciis ortus est, sed ex filia fratrius Claudii. deinde pro imperii

Z 3 bre-

Vespasiani & Titi, nolo autem dicere Domitianus, fuerant, propagavit. Ille bellum Gotthicum brevi tempore implevit. Adulator igitur senatus, adulator populus Rom. adulatrices exteræ gentes, adulatrices provinciæ: siquidem omnes ordines, omnis ætas, omnis civitas, statuis, vexillis, coronis, arcubus bonum principem, aris ac templis honoraverunt. <sup>1</sup> Interest eorum qui bonos imitantur principes, & <sup>2</sup> totius orbis humani interest, cognoscere quæ de illo viro senatus consulta sint condita, ut omnes judicium publicæ mentis

brevitate Claudius continuis bellis occupatus, non potuit illi reip. parti manum admoveare, ut & novos patricios adlegeret, aut aliud quid ageret, quod ad reformandum in hac parte reip. statum pertineret, nec omisisset id scribere Trebellius, si tale quidquam scivisset ab illo tentatum. sed longe facilius arguitur, & revincitur quod falsum est, quam id quod in vero est, invenitur. quid igitur voluit Trebellius per propagationem istam Flaviarum gentium, quam Claudio assignat? nimirum repetit pæne totidem verbis hoc loco, quod supra in ipso fere libri initio dixit, ubi hæc verba habuimus: neque enim faserat eum tacere principem, qui tantam generis prolem, qui bellum Gotthicum sua virtute confecit. ubi deesse verbum aliquod dicemus, & fortasse, reliquit. qui tantam generis sui prolem reliquit. hec vero eandem plane sententiam, paulo aliis verbis iteravit: ille velut futurorum memor, gentes Flavias Vespasiani & Titi propagavit, ille bellum Gotthicum brevi tempore implevit. quomodo gentes Flavias propagavit? nimirum relinquentio ex suo genere prolem, cui delatum est imperium ab summis principibus intuitu ipsius Claudi, qui talis in rep. fuit, hæc verba sunt Trebellii, ut ejus stirpem ad imperium summi principes eligerent. uni enim Claudio imputat, quod ejus nepos

regnaverit, & sic Flaviarum gentium propagationem eidem attribuit: ex qua gente deinceps multi imperatores longa successione imperarunt, non possumus hæc aliter interpretari, neque vero fieri posse, ut alium sensum hæc accipient, satis certus sum. infantiam certe magnam hujus auctoris agnoscimus, qui nec diserto nec expresse loquitur, & res verbis non suis exponit, & dum laudet, quomodo laudet, parum videtur curare. in hac autem propagatione gentis Flaviaæ, Vespasiani & Titi meminisse se velle tantum, non etiam Domitianus, dixit Trebellius, ut ostenderet similem magis fuisse Claudi, & qui deinceps ex ejus genere & gente imperarunt, Vespasiano & Tito optimis principibus, quam scelestissimo & contaminatissimo ex eadem gente imperatori.

<sup>1</sup> Interest eorum qui bonos principes imitantur.] Bis legitur in eadem periodo verbum hoc interest. quod non puto fieri absque virio. scribe igitur ex fide Palatini codicis: interest & eorum qui bonos principes imitantur, & totius orbis humani, cognoscere quæ de illo viro senatus consulta sint condita.

GRUTERUS.

<sup>2</sup> Et totius orbis humani cognoscere.] Sic Pal. male vulgo voce amplius, humani interest cognoscere. subintelligatur enim ipsa ex præcedenti.

I Non

mentis agnoscant. Nam quum esset nuntiatum<sup>1</sup> nono Calend. Aprilis ipso in sacrario Matris sanguinis die Claudium imperatorem factum, neque cogi senatus sacrorum celebrandorum causa posset, sumptis togis itum est ad Apollinis templum, ac lectis literis Claudi principis, haec in Claudium dicta sunt: *Auguste Claudi, dii te nobis praestent: (dictum sexagies) Claudi Auguste, principem te, aut qualis tu es, semper optavimus: (dictum quadragies) Claudi Auguste, te Res publica requirebat: (dictum quadragies) Claudi Auguste tu frater, tu pater, tu amicus, tu bonus senator, tu vere princeps: (dictum octuagies) Claudi Auguste, tu nos ab Aureolo vindica: (dictum quinquies) Claudi Auguste, tu nos à Palmyrenis vindica (dictum quinquies) Claudi Auguste, tu nos à Zenobia & à Victoria libera: (dictum septies) Claudi Auguste, Tetricus nihil fuit: (dictum septies.)*

Qui

## CASAUBONUS.

<sup>1</sup> Non Kal. Aprilis ipso in sacrario Matris sanguinis die Cl. ] De hoc supra ad Lampridii Commodum. ad sanguinis diem alludit Tertullianus in carmine ad senatorem.

Sed quia coguntur saltem semel esse pudici, Mente fremunt, lacerant corpus, fundunt que eruorem.

Quale sacrum est vero, quod fertur nomine SANGVIS?

<sup>5</sup> Claudi Auguste, Tetricus nihil fuit. ] Scripta lectio, fecit. locus est subobscurus, ut alia in his adclamacionibus non raro.

## GRUTERUS.

<sup>3</sup> Tu nos à Zenobia & Victoria libera. ] Pal. & à Vitruvia, voluit scriptum, Vitruvia, quod revocandum.

<sup>6</sup> Tetricus nihil fecit. ] Hac est scriptio librorum omnium calamo exaratorum, ideoque in dignitatem revocanda pristinam. quippe editi prius, Tetricus nihil fuit.

## SALMASIUS.

<sup>2</sup> Dictum octuagies. ] Lege: octogies.

sic octoginta. non raro tamen legas, octuaginta, in editionibus, quod virtuosissimum est.

<sup>4</sup> A Zenobia, & à Victoria libera. ] Et à V. truvia. quod non tamen ille praestit; nam Gottico bello occupatus, Zenobiā patienter tulit regnare.

<sup>5</sup> Claudi Auguste Tetricus nihil fuit. ] Explicit hoc qui volet. ego non possum. optimus Palatinus: Tetricus nihil fecit. quæ videtur esse vera lectio. senatores, quorum istæ sunt acclamations, videntur æquiores fuisse Tetrico, qui & ex ipsorum erat corpore, & vir consularis, quique multa felicitate egerat, & diu imperarat. ideoque cum acclamationibus suis postulant, ab Aureolo vindicari, & à Palmyrenis, à Zenobia & Vitruvia liberari: contra Tetricum nihil tale postulant. sed illum nihil fecisse acclamant; hoc est nihil commisissse quare ab eo liberari vindicarique merito desiderare possint. hoc non licet alter interpretari. idiotismus autem plane est, nihil fecit, eo sensu. sed scimus acclamations illas magnam partem vulgari idiotoque sermone conce-

5 Qui primum ut factus est imperator Aureolum qui gravior Reip. fuerat, quod multum Gallieno placebat, confictu habito à Reipub. gubernaculis depulit, tyrannumque missis ad populum edictis, datis etiam ad senatum orationibus judicavit. <sup>1</sup> His accedit, quod rogantem Aureolum, & fœdus petentem, <sup>2</sup> imperator gravis & severus non audivit, responso tali repudiatum, *Hec à Gallieno petenda fuerant, qui consentire moribus poterat & timere.* Denique judicio militum apud Mediolanum Aureolus dignum exitum vitae ac moribus suis habuit: & hunc tamen quidam historici laudare conati sunt, & ridicule quidem. <sup>4</sup> Nam Gallus

Anti-

conceptas fuisse. sic plane accipitur apud Juvenalem Sat. vi.

*O demens, ita servus homo est! nil fecerit, esto.*

*nihil fecerit, nihil commiserit dignum poena, nihil deliquerit.*

<sup>1</sup> His accedit quod arrogantem Aureolum, & fœdus petentem. <sup>2</sup> Haud sati aptum nomen arrogantis, illi qui supplicat, & ultiro fœdus petit, quod tunc faciebat Aureolus. itaque legerim: his accedit, quod rogantem Aureolum, & fœdus petentem, imperator gravis & severus non audivit. quæ sine dubio vera est lectio, de qua tamen nihil cogitasse eruditos commentatores, & emendatores valde miror.

<sup>2</sup> Imperator gravis & severus. ] In Latino, gravius & serius, legendum puto, imperator gravis & serius. sic infra, gravem & serium, eum vocat. nam septima decima die quod se gravem & serium contra milites offendebat, ac verum principem pollicebatur, eo genere quo Galba, quo Pertinax interemptus est.

GRUTERUS.

<sup>3</sup> Qui consentire moribus poterat & timere. ] Pal. consentiret; poterat & timere, cui lectio & suus quoque sensus.

CASAUBONUS.

<sup>4</sup> Nam Gallus Antipater ancillariorum & historicorum de honestamentum, p. ]

Scripti, ancilla honorum, & h. Ac potest exponi ancilla honorum, is qui ancillari adulazione honore præditos prosequitur. Glossa: ancillor, ιγλυκός, Ammianus libro xxvi. de Procopio tyranno: Ad hoc igitur de honestamentum honorum omnium ludibrio sublatut, ancillari adulazione beneficii allocutus est auctores. sic & libro xvi. ex quibus locis suspicabar aliquando hic scribendum, ancillaris adulator. Elegansissima est viri docti conjectura qui emendat, Gallus Annus pater ancillariorum. sed quæ recedit longius à vestigiis & editæ & scriptæ lectionis.

SALMASIUS.

<sup>4</sup> Nam Gallus Antipater ancillariorum, & historicorum de honestamentum. Præbent heic se constantes nostri libri, in illa retinenda lectione, quam se in suis reperisse testificatus est doctissimus Casaubonus: Gallus Antipater ancilla honorum & historicorum de honestamentum. quæ lectio non indigere mihi videtur emendatione sed explicacione. illius tamen quam hujus liberaliores fuere docti viri. ancillam igitur honorum vocat Trebellius Antipatrum, adulatorem, & assentatorem summarum potestatum, vel ambitionis. ancillam enim vocabant Latini qui sordide adularetur & ambiret vel hono-

Antipater, <sup>1</sup> ancillariorum & historicorum dehonestamentum, principium de Aureolo sic habuit, <sup>2</sup> Venimus ad imperatorem nominis sui. <sup>3</sup> Magna ejus videlicet virtus, ab auro nomen accipere. At ego scio, <sup>4</sup> sae-

pius

honores vel honoratos. atque hinc ancillam honorum Gallum historicum appellat Trebellius. hoc me docuerunt optimae Glossae in quibus sic legitur: *ancillula, ἐργάμων*, *παιδίον*. ubi ancillula, idem plane est, quod hoc loco ancilla. nam *ἐργάμων* Graci vocant hominem adulandi adsentandique artificem. eadem Glossae: *adsentatores, ἐργάμωντι*, *adsentio, ἐργάμωντα, οὐωκλίθεμα*. in aliis Glossis, *ἐργάμων*, adulator, ambiciosus. possumus igitur heic ancillam honorum accipere, ambitiosum, & honorum cupidum. hujusmodi enim homines etiam *ἐργάτες* Graci vocant. *Ἐργάτης* autem, ut omnes sciunt, est ancilla lanifica. unde *ἐργάτης, ambitio* exponitur in optimo Glossario. sic & *ἐργάτης τη μαθητής, adsecatores*, in eisdem Glossis exponuntur. aliquando etiam *ἐργάμωντι*, delatorem agere significat & calumniari. quod Graci dicunt *ἐπηρέπτεν*. in qua significatione etiam apud illos *ἐργάλαβεν* sumitur. sed huc nihil ad rem.

## GRUTERUS.

<sup>1</sup> *Ancillariorum & historicorum.*] Palaatinus accedit libris antiquis, in quibus *ancilla honorum & hist.*

## CASAUBONUS.

<sup>2</sup> *Venimus ad imperatorem nominis sui.*] Aureum & prstantem. Spartanus in Severo: erat imperator vere nominis sui. Valerianus in epistola ad filium, omnes boni Probum sui nominis virum dicunt. Similis venustatis est illud Dionysii in epistola ad Hermammonem de Macrino: *ώς περρωτάτω εἰσώτης τη Γ Θεσσαληγορίας ἐφυγαίδουτερ, εὑ τέτρω τὸ ίδεον ἐπαληθεύσαρ θόμος.*

<sup>3</sup> *Magna ejus videlicet virtus, ab auro nomen accipere.*] Cavillatur Pollio: neque enim ea mens fuit Antipati.

## SALMASIVS.

<sup>2</sup> *Venimus ad imperatorem nominis sui.*] Hoc est, Aureolum. aurei enim & aureoli homines pro prstantibus, & auro contra astimandis. hinc bonis propugnatotibus hoc sapientius nomen adpositum tradit Trebellius in ludo gladiatorio. sic Gracis *χεύοντες αἵρετες*. extat Gracum epigramma Calliae in quandam Polycritum, qui cum semper antea visus esset homo aureus & optimus, repente vino malitiā & improbitatem ejus detegente, pessimus apparuit.

*Αἰεὶ χρυσίον ἡ θάτα Πολύκρατε, νῦν δὲ πεπωκάς*

*Εξαπίνεις ἐγήσις λυσαρχαῖς η κακός.*

*Αἰεὶ μοι δοκέεις κακός ἔμμεντη.*

*οὐνούς ἐλέσχη*

*Τὸν τρέποντα σεν ἐγήσις νῦν κακός,*

*ἄλλος ἐφάνης.*

ubi notabis, *χρυσίον*, hoc est aurum ipsum, hominem dici pro aureo, & utramque pro homine quantivis pretii. illud autem epigramma eo libenter, occasione data, produxi, ut insigni mendo purgarem, quoisque adhuc inquinatum, latuit etiam eruditissimos viros. nam vulgo scriptum est in secundo Anthologix, *Αἰεὶ γηραιόν ἡ θάτα*. nullo plane sensu. quod & menti poeta refragatur. nos sic emendavimus ex optimo libro Palatino, cuius ope aliquot millia optimorum epigrammatum partim in lucem edemus, partim suo nitori restituemus.

<sup>4</sup> *Sapientius inter gladiatores bonis pugnatoribus hoc nomen adpositum.*] Palat. &

pius inter gladiatores <sup>3</sup> bonis pugnatoribus hoc nomen appositum. <sup>2</sup> Habuit proxime tuus libellus munerarius hoc nomen <sup>3</sup> in indice ludorum. Sed redea-

**vetus editio : bonis propugnatoribus.** no-tandum est bonis pugnatoribus vel propugnatoribus in ludo gladiatorio hoc appositum cognomen virtutis gratia ut *aureoli* dicerentur. ut *Cecrops* *Aureolus*, *Astur Aureolus*, *Vejento Aureolus*, quo nomine bonos illos pugnatores, & in arte gladiatoria pri-mos esse significabatur.

#### GRVTERVS.

<sup>1</sup> *Bonis pugnatoribus.*] *Pal. propugnat-oribus.*

<sup>3</sup> *In indice ludorum.*] Non male quo-que *Pal. in indice ludiorum*, nisi fuit potius *Ludionum*.

#### SALMASIUS.

<sup>2</sup> *Habuit proxime tuus libellus mune-rarius hoc nomen in indice ludorum.*] Qui sunt hi ludi, quorum index habebatur in illo libello munerario? non tam multi erant ludi, ut in indicem referri debuerint. verum est, quod esse verum semper sum opinatus, aut ludos heic accipi debere pro gladiatoriis, aut legendum ex Palatino codice, *in indice ludiorum*. & hinc scimus libellum munerarium habuisse nomina omnium ludiorum, hoc est gladiatorium, quos vel consul vel prætor suo munere esset exhibitus. *ludi* autem sunt gladiatores, ut olim pæne puer, ad Florum docui. apud vett. *ludi* non alii dicebantur quam saltatores & histrioines. at sequenti-bus temporibus, *ludi* proprie dicti sunt gladiatores, à ludo gladiatorio. nec *ludi* tantum, sed & *ludi* sunt ap-pellati. Juvenalis:

*Nupta senatori comitata est Hippia lu-dum*

*Ad Pharon & Nilum.* —

hinc *ludiam* vocat eamdem Hippiam, quasi *ludi* vel *ludi* uxorem. apud eum-dem Juvenalem;

— *veniunt ad miscellanias ludi.*

*ludi* sunt gladiatores, & miscellanias, ul-

**timam cenam restre** interpretatur **verus** **interpretes**, **quam supremam cenam vocat** **Tertullianus** in **Apologetico**. **quem** **locum perperam sollicitarunt**, **qui** **nuper ad illum librum scriperunt**. **ludus** igitur est gladiator. optimz **Glossæ: lanista, λανίστα, μερογλωττός, επισάτης μερομέζα,** nihil potest clarius. **λαγός**, & **μερομέζα** illi Grammatico, eadem res fuit. **alio etiam loco**, cujus nunc in **mentem non venit**, **λαδοτέχος** expoununtur lanista. **Glossæ** alia **Graco-Latinæ: λαδοτέχος, lanista, sic Luper-ci, ludi appellati pro ludi.** **Tertullianus de spectaculis**: **inde Romani accusatores artifices mutuantur, tempus, enuncia-tionem, ut ludi à Iydis vocarentur. sed eti-  
Varro ludos à ludo, id est à lusu interpre-tatur, sicut & Lupercos ludos appellabant, quod ludendo discurrant: tamen eum lusion juvenum, & diebus festis, & templis, & religionibus deputat. vides Tertulliano ludos dici, qui ludi potius appellati debent: & illos artifices, quos ceteri scriptores ludios vocant ex Hetruria accitos, ludos illi scriptori vocari: & ludos Lupercos, quod ludendo discur-rant. id ego sæpe sum miratus, quo-modò & qua ratione ludus pro ludo, sed jam pridem desi mirati. sic enim ludos pro ludi dicebant, ut regna pro regibus. apud Florum: pulsis regnis pro pulsis regibus. ita matrimonia & conjugia pro conjugibus: spectacula, spectatores: ser-vitia, servi. Tito Livio, prætura, pro prætore. absente prætura. sic infra curam pro curatore, notabimus. nec poësis tantum, sed etiam oratoribus haec sic passim usurpata. quorum alibi exemplorum magnam copiam coacervavimus. *ludus* eadem ratione est *ludus*: nihilque interest, quomodo heic legatur, in indice ludiorum, aut ludorum, dum ludos, non alios accipiamus quam gladiatores.**

I Nam

mus ad Claudium. 'Nam ut superius diximus, <sup>2</sup> illi <sup>6</sup>  
Gotthi <sup>1</sup> qui evaserant <sup>4</sup> eo tempore quo illos Macri-  
nus est persequutus, quosque Claudius emitti non five-  
rat, nequid fieret quod effectum est, omnes gentes suo-  
rum ad Romanas incitaverunt prædas. 'Denique Scy-  
tharum diversi populi, <sup>6</sup> Peucini, <sup>7</sup> Trutungi, <sup>8</sup> Au-  
stro-

## CAS AUBON U S.

I Nam ut superius diximus, illi Gotthi  
9.] Conferendum hic locus est cum  
illo ad quem rejicimur. Sic autem in  
libro de Gallieno : Gallienus interea  
vix excitatus publicis malis, Gotthis va-  
gantibus per Illyricum occurrit, & fortuito  
plurimos interemit : quo comperto Scythæ  
facta caragine, per montem Gessacem fu-  
gere sunt conati. Omnes inde Scythes Mar-  
tianus varia bellorum fortuna agitavit: quæ  
omnes Scythes ad rebellionem excitarunt.  
confer & cum Zosimo.

4 Illo tempore quo eos Macrianus est  
persecutus.] Legendum, Martianus. ut  
ad superiorem locum demonstravimus.

6 Peucini.] Male apud Zosimum  
Πούγι. nam Πούγιοι Ptolemæo  
nominantur atque aliis. incolæ sunt  
Peucæ insulæ, quam Danubii ostia  
efficiunt.

7 Trutungi.] In Zosimi codicibus  
Pegæsori libro quarto. quidam  
Gruntungi, sine certo auctore.

8 Austrogothi.] Qui alias Ostrogo-  
thi. an & o passim confunduntur.

## GRUTER U S.

2 Illi Gotthi qui evaserant.] Auctior  
voce Palatinus, triginta illi Gotthi. sed  
putarim à glossa, ut nimirum id an-  
notarit ad vocem *superius*, dictum vi-  
delicit id esse in xxx. tyrannis.

6 Peucini, Trutungi, Ostrogothi.] Pal.  
Peuci, Trutungi, Ostrogothi.

## SALMASI U S.

3 Qui evaserant eo tempore quo illos  
Macrianus est persequutus.] Scribendum,  
Macrianus, non Martianus. Zosimo,  
Macrianus, cui bellum adversus Scy-

thes gerendum commisit Gallienus,  
quem idem vocat, ἀνδρα τῷ πολέμῳ  
σφόδρα ἐξηρημένον. de quo in vita  
Gallieni memini dicere.

5 Denique Scytharum diversi populi,  
Peucini.] Scribendum esset, Peuceni :  
nam θενικοὶ τὸ Πούγιον, est Πούγιος.  
si Ethnographico credimus, cuius  
hæc verba sunt, Πούγιον τὸ τοῦ  
Ι'σπω οἱ οἰκήτοις Πούγιοι. Palati-  
nus tamen heic habet, Penci. Zosimo,  
Πούγιοι dicuntur. nec dubium est  
quin Penci & Peucæ, etiam dicti sunt  
populi incolentes insulam Peucen.  
sic Rheni populi qui Rhenum acco-  
lunt, pro Rhenanis. Persius :

— *locat ingentes Cæsonia Rhenos.*  
Stephano P'lio dicuntur. sic I'spo,  
qui Istrum. sic Thyanæ paulo post apud  
Vopiscum pro Thyanæis. & infinita  
ejusmodi, quæ passim apud auctores  
occurunt.

7 Trutungi.] Non variat Palatinus  
in istius populi appellatione. Tutun-  
gi dicuntur in veteri chorographia,  
quam manuscriptam habemus : Lan-  
gobardi, Tuthungi, Suaci, Burgundiones.  
nescio an hi sint, quos Thuringos vo-  
cat Aethici Cosmographia : Gothos,  
Thuringos, Herulos, Sarmatae, Pruthin-  
gos appellat Zosimus. atque hi sunt  
absque dubio qui Ammiano Marcel-  
lino lib. xxvii. Gruthungi dicuntur.  
sic Trutungi, Pruthungi, & Gruthungi,  
idem erit populus. scimus enim,  
quam sæpe invicem mutentur T, &  
P: & T, & C, & G. falluntur vero qui  
Trutungos cum Virbungis Sidonii Apol-  
linaris confundunt. nam hi sunt  
qui paulo post Virbungi Trebellio ap-  
pellantur. sed nec minus errant, qui

Gothus-

strogotthi<sup>1</sup> Virtingui<sup>2</sup>, Sigipedes<sup>3</sup>, Celtæ etiam<sup>4</sup> & Heruli prædæ cupiditate<sup>5</sup> in Romanum solum & Rem-

Gothunnos eosdem cum his Grutungis faciunt. Gautunnorum etiam infra meminit Vopiscus.

## CASAUBONUS.

<sup>1</sup> Virtingui.] Aliis, Vitungui. nescio an sint Juthungi, de quibus memorierunt multi historici & Ambrosius epistola xxvii.

<sup>2</sup> Sigipedes.] Lego, Gipedes, Gepidæ Jornandi & aliis. sed Gracis scriptoribus sape Γύπεδες, vel Γύπαιδες. & offendit in antiquis scidis hæc verba, οι Οὐγέροι τὸ παλαιὸν ἐλέγουσι Γύπαιδες.

<sup>3</sup> Celtæ etiam & Heruli.] Celtæ sunt mihi incogniti. nam Celtotharum appellatio apud antiquos geographos aliam rationem habet. Heruli, Jornandi & aliis Eruli dicuntur. & Zosimo Εὐρωποι. auctor Etymologici Ελέρης. usus nempe corrupto exemplari Dexippi.

## GRUTERUS.

<sup>1</sup> Virtingui, Sigipedes.] Sic & Paulini quod pro secunda voce habeat Sigipedes.

<sup>5</sup> In Romanum solum & Remp.] Patriat. solum in Remp.

## SALMASIUS.

<sup>1</sup> Virtingui.] Virtingos heic appellat Pollio, qui Vitungi Sidonio Apollinari, & Iuthungi Ammiano Marcellino lib. xvii. Iutngi dicuntur in veteri tabula itinerary. sed ibi male scriptum est, Lutngi. Marcomanni, Vandali, Quadi, Lutngi. perpetram cum Trutungis, de quibus egimus superiori annotatione, eos confundunt docti. diversi enim sunt, ut ex hoc loco constat.

<sup>2</sup> Sigipedes.] Una syllaba minus, qua male aucti sunt isti populi, Gipedes legendum, hoc est γύπαιδες, ut Gracis nominantur. Latini secundum Gracos, Gipedes debuerant dicere. sed etia Gracorum per ienuntia-

bant. ut ηγεπητόν, capitum, & alia quo numero carent: & diphthongos parum curabant, quas fere non nisi per simplex scribebant. sic Gipedes, iunt Γύπαιδες. de Gipedibus hæc leguntur in Græcorum commentariis: Γύπαιδες οι λευκόμοι Λογύθαροι, οιοντες Γέπαιδες. οι Γέπαιροι παιδες, sed Graci suaves semper ludos præbent, quoties illis liber in etymologias barbararum vocum inquiret. Gypides Corippo dicuntur duabus syllabis brevibus lib. i.

En Avares, Francique truces, Gypidesque, Getaeque.

<sup>3</sup> Celtæ etiam & Heruli.] Celtæ istos nemini puto esse cognitos. equas tamen Celticas fama fuisse nobilitas auctor infra scribit, quarum magnum numerum esse captum scribit, devitiis illis Celtis, qui qui sint, cum reliquis barbaris. Celte populi Thraciæ non ignobiles, divisi in majores & minores, quorum hi sub Rhodope, illi sub Amo habitant. putavi aliquando Celtæ istos esse Trebellii. non magno enim negotio Celtæ de Celetis fieri potuerunt. atque inde etiam Celetica vel Celticæ equis fama nobiles. nam & equos Thracicos celebrarunt antiqui. itaque tamen, & certi aliquid pronuntiare non possum.

<sup>4</sup> Et Heruli.] Scribendum sine aspiratione, Eruli. ita enim scribit Latinus, cum Gracis, quibus Εὐρωποι scribuntur. Ελέρης δὲ τοι εἰλάτ. dictos autumat auctor magni Etymologici, eadem prope Αγρίχια, quasi Γύπαιδες, quasi Γέπαιροι παιδες dictos hariolabatur. Hyrulos corrupte chorographia nostra manucripta nominat, Tutungi, Burgundiones, Savvi, Amiliafni, Marcomanni, Hyruli, Quadi. Hyruli ibi sunt Eruli.

<sup>5</sup> In Romanum solum, & remp. veniunt.] Nonne satis erat dixisse, in R-

manus

Rempub. venerunt, atque illic pleraque vastarunt, dum aliis occupatus est Claudius, dumque se ad id bellum quod confecit, imperatorie instruit; ut videantur fata Romana boni principis occupatione lentata. sed credo, ut Claudii gloria accresceret, ejusque fieret gloriosior toto penitus orbe victoria.<sup>1</sup> Armatarum denique gentium trecenta viginti millia tunc fuere. Dicat nunc qui nos adulationis accusat, Claudium minus esse amabilem. Armatorum trecenta viginti millia.<sup>2</sup> Quis tandem Xerxes hoc habuit?<sup>3</sup> quæ fabella istum numerum affinxit? Quis poëta composit? Trecenta

*manum solum venerunt? quo enim illam additionem, & remp. Palatinus habet: in Romanum solum, in remp. venerunt. omnino expungenda illa in remp. quæ videntur ex eo nata, quod olim scriptum erat compendiose, in R. solum. idque valere, in remp. cum quidam interpretati essent, sic factum est, ut utrumque reciperetur in contextum. in epistola Claudii: cccxx. millia barbarorum in Romanum solum armati venerunt.*

## CASAUBONUS.

<sup>1</sup> Armatarum denique gentium trecenta viginti millia fuere.] Mox addit habuisse duo millia navium. de numero armatorum plane consentit Zosimus: de navibus longe excedit. *ταῦτην οὐδὲν ποιεῖσθαι*, ait, *πλοῖα ἔξαντα τριάνταν εἰς τέσσαρας*. sed puto scripsisse Zosimum *τριάντα* vel *τριγήνια*. nam de lectione nostri auctoris liquido constat. Accedit & Marcellini testimonium, qui libro xxxi. in eodem numero consentit. referendus enim ad Claudii tempora is Ammiani locus: & quod de obitu Deciorum ibidem subjungitur, caute accipiendum.

<sup>2</sup> Quis tandem Xerxes hoc habuit?] Oratorie dictum: nam exercitus Xerxis non duplo, sed fortasse etiam triplo major.

## SALMASIUS.

<sup>2</sup> Quis tandem Xerxes hoc habuit? quis poëta composit? ] Immo vero tu ipse Trebelli plane poëtice hunc barbarici exercitus numerum exauges, & omnia in majus extollis. hinc illa poëtica, flumina epota, consumpta silvae, terra labor in tanta multitudine sustinenda. qualia de Xerxis exercitu partim mendaces historici scriperunt, partim poëta finixerunt, quorum de Xerxe ista sunt:

Xerxes magnum adebat, totus comitatibus euntem

Orbis. quid dubitas Gracia ferre jucundum?

Tellus iussa facit. cœlum texere sagittæ. Abscondunt clarum Persicatela diem. Claves fossis Athos intra sua viscera vidit.

Phryxe a peditem ferre jubentur aquæ.

Quis noscet hic hominum, terramque, diemque, fretumque

Permutat? certe sub Jove mundus erat.

hoc epigramma nondum editum, dignum nobis visum est, quod non tantum in nostris schedis, sed hec etiam legeretur. cui plane simile habes, libro primo Florilegii epigrammatum à Pithœo edito.

<sup>3</sup> Quæ fabella istum numerum effinxit.] Melius prima editio, cui & Palatinus suffragatur, quæ fabella istum numerum adfinxit.

centa viginti millia armatorum fuerunt. Adde servos, adde familias, adde carraginem & epota flumina consumptasque sylvas.<sup>1</sup> Laborasse denique terram ipsam, quæ tantum Barbarici timoris accepit; terram puto.

<sup>7</sup> Extat ipsius epistola missa ad senatum legenda ad populum, qua indicat de numero barbarorum, quæ talis est: *Senatui P. Q. Rom. Claudius princeps* (hanc autem ipse dictasse perhibetur, <sup>4</sup> ego verba magistri memoriae non requiro) <sup>5</sup> *P. C. militantes audite quod verum*

<sup>est.</sup>  
1 *Et epota flumina.*] *Epotata*, idem.  
Juvenalis:

— *epotaque flumina Medo.*  
2 *Laborasse denique terram ipsam quæ tantum barbarici timoris accepit, terram puto.*] Non uno vulnere confectus hic locus, quem nos una manu sanabimus. sic enim legendum distinguendumque, assentientibus libris, judico. *Trecenta viginti millia armatorum* fuerunt. *Adde servos, adde familias, adde carraginem, & epota flumina, consumptasque sylvas,* laborasse denique terram ipsam, quæ tantum barbarici timoris accepit. ita etiam nec uno elemento minus editio vetus, quæ nobis in omnibus fere potuit esse vicem scripti libri; si librum scriptum non habuissimus. *Barbaricum tumorem eleganter vocat, tumentem illam, tumultuque magno venientem barbarorum multitudinem.* inepta prorsus & absurdula vulgata lectio. quid enim significat, *barbaricus timor?* an timorem, quem barbari incutiebant, ut *Pompeji metus apud Sallustium?* deinde quid est, *barbaricum timorem acciperi?* rete vero secundum nostram emendationem laborasse terra dicitur, quæ tantam sedibus suis excitam barbarorum, & exuberantem in solum Romanum, magnoque tumultu, & tumore irruentem multitudinem, passa est.

4 *Ego magistri memoriae verba non requiro.*] Non possum assentiri doctissimo Casaubono, qui putat sententiam postulare, ut scribatur: *ego ver-*

*ba sint ipsius an magistri memoriae non requiro. immo ego sententiam id requirere censeo, ut nihil mutetur, dicit Trebellius, illam epistolam dictasse Claudium, & ipsius principis hæc esse verba. non igitur se desiderare verba magistri memoriz, cum oratio ipsius principis ingenio formata plus ponderis & momenti habere debeat, quam quæ dictata sit à memoria magistro.*

GR V T E R V S.

1 *Et epota flumina.*] *Pal. expotata.*  
3 *Ipsam quæ tantum barbarici timoris accepit, terram puto.*] Hæc est lectio Pal. nisi quod ponat vocem terram, loco principe. minus recte editi, terram ipsam, quæ tantum barbarici timoris accepit: terram puto.

CASAVBONVS.

2 *Laborasse denique terram ipsam.] Dele vocem terram. sequitur enim commodiore loco.*

4 *Ego verba magistri memoriae non requiro.*] *Ipsa sententia videtur postulare ut scribamus, ego verba fini ipsius an magistri memoriae non requiro.* cum epistolas & orationes suas ad senatum imperatores per se non formabant, ingenio utebantur magistri memoriae vel scriniorum.

5 *P. C. militantes audite quod verum est.*] *Legendum, latentes.*

SALMASIUS.

5 *P. C. militantes audite quod verum est.*] *Latentes, quod idem ille vir, nunquam mihi aut ulli satis laudatus, hoc lo-*

CO

est: CCCXX. millia barbarorum in Romanum solum armati venerunt; hæc si vicero, vos vicem reddite meritis: si non vicero, scitote me post Gallienum velle pugnare. Fatigata est tota Resp. Pugnabimus post Valerianum, post Ingenuum, post Regillianum, post Lollianum, post Posthumum, post Celsum, post mille alios qui contemptu Gallieni principis à Rep. defecerunt. Non scuta, non spathæ, non pila jam supersunt. Gallias & Hispanias, vires Reip. Tetricus tenet, & omnes sagittarios (quod pudet dicere) Zenobia possidet. Quidquid fecerimus satis grande est. Hos igitur Claudio ingenita illa virtute superavit: hos brevi tempore attrivit. De his vix aliquos ad patrium solum redire permisit. Rogo quantum pretium est clypeus in Curia tantæ victoriae, quantum una aurea statua? Dicit Ennius de Scipione, *Quantam statuam faciet populus Romanus, quantam columnam, quæ res tuas gestas loquatur?* <sup>2</sup> Possumus dicere, <sup>3</sup> Flavium

Clau-

co reponit, non placet. rationem si quis requirat, hæc est. quomodo postularer Claudio, ut latentes audirent, in quo nulla latitiæ causa esset, aut ratio latandi? non enim viatoriam nunciabant illæ literæ, sed timorem potius, cum incertum adhuc esset, quo caderet pugnæ eventus, adversus tantam multitudinem. non ita mihi proclive est, quid verum sit, monstrare, quam fuit quod falsum erat, ostendisse. invenient sagaciores, quod frustra quæsivimus.

## GRVTERVS.

<sup>1</sup> Patres Conscripti militantes audite.] Adsentior conjectura Casauboni, latentes; neque enim vero simile est usurpare veterem vocem vitulantes, et si litteris accedit magis ad militantes,

## SALMASIUS.

<sup>1</sup> Dicit Ennius de Scipione, *quantam statuam faciet pop. Romanus.*] Prima hæc verba in legem versus cogi possunt: immo cogi opus non habent;

nam sponte sua versum reddunt.

*Nam quantam statuam faciet populus Romanus.*

reliqua ad hanc necessitatem videntur adigi nolle. videtur autem heic Trebellius non ipissima opici poëta verba posuisse, sed sententiam.

## CASAUBONI.

<sup>3</sup> *Flavium Claudium, v.]* Quare appeleret hunc principem Fabium, relinquimus alii investigandum. nam verum quidem est imperatores multis id nomen assūmisse; verum post Constantinum, non ante. Clodium vero in nullo vetustatis monumento Fabium invenimus appellatum.

## SALMASIUS.

<sup>2</sup> Possumus dicere *Flavium Claudium unicum in terris principem.*] Quare Flavium Claudium appeleret, non magis quæstione dignum esse puto, quam quare Constantius, & Constantinus, & reliqui deinceps Flavii sint nominati. Constantius enim Cæsar de quo tam multa in hoc libro mentio, cuius

Claudium, unicum in terris principem, non columnis,  
8 non statuis, sed famæ viribus adjuvari. Habuerunt  
præterea duo millia navium, <sup>1</sup> duplicem scilicet nu-  
merum

cujus Constantinus magnus filius  
fuit, Claudii generis proles nomina-  
tur Trebellio. & sane ex Crispi filia  
Claudii fratri natus esse dicitur. at-  
que is *Fl. Valerius Constantius* dictus est.  
unde unde hæc nomina habuerit, ve-  
risimile est non aliunde habuisse  
quam ab auctori bus generis sui. &  
fortasse ipse Crispus Claudii frater  
sic etiam appellabatur, *Fl. Valerius Cri-  
spus*. Certe Claudium sic appellatum  
esse non vane colligimus ex hoc no-  
stro scriptore. *Flavium* heic nominat:  
in fine libri etiam *Valerium*. ubi in-  
ter cæteras acclamations senatus  
ista habetur: *vivas Valere, ameris à  
principe.* inde indubitanter colligere  
licet *Flavium Valerium Claudium* fuisse  
nominatum. quod autem ad hunc  
locum notat vir eruditissimus Isaacius  
Casaubonus *o. uergaeatns*, in  
nullo vetustatis monumento inve-  
niri *Flavium* appellatum hunc Clau-  
dium, hoc aperte falsum demonstra-  
ri potest. extat enim vetus inscriptio  
in qua *Flavius* nominatur. eam heic  
apponere non abs re fuerit:

IMP. CÆSARI. FL. CLAVDIO. PTO.  
FELICI. INVICTO. AVG. PONT.  
MAX. TRI. POT. II. COSS. II.  
PRO. COS.

extat & altera Benaci, quam exscri-  
psisse faretur doctissimus Onuphrius,  
in qua M. AVRELIVS CLAVDIVS nomi-  
natur, sed in nummis passim *Fl. Clau-  
dius* nominatur, si eidem Onuphrio  
credimus. adeo certum est, *Flavium*  
illi nomen fuisse, ut non alia ratione  
ductum existimem Trebellium, scri-  
psisse supra gentes *Flavias* fuisse pro-  
pagatas ab hoc Claudio, quasi præfa-  
giente, uni aliquando ex illis genti-  
bus viro, deferendum imperium. qui-  
bus verbis satis manifestum est, vo-  
luisse hunc scriptorem Claudii genus  
in gentem *Flaviam* infulcire. quod

enim aliud argumentum saltem pro-  
babile habuisset, Claudium in gen-  
tem *Flaviam Vespasiani*, & Titi-  
serendi, præsertim cum parum cogni-  
tum esse de ejus avis, & varia vanis  
fuisse prodita de ejus familia scribat,  
nisi hoc Flavii nomen, satis ad hanc  
rem magnum argumentum illi vi-  
sum fuisse: quod tamen non pluri-  
bus est persequutus, sed strictè &  
in transitu tantum posuit. hæc tam  
multa, quæ heic diximus, eo peni-  
tent, ut constet nomen Flavii, quod  
Constantius & Constantinus, & alii  
post Constantinum usurparunt, à  
Claudio quem generis sui auctorem  
videri volebant, in illos derivatum  
esse. cui quidem Claudio imperato-  
ri, *Flaviam* nomen fuisse certa fides  
est. sed & *Valerium* dictum esse, li-  
quido potest constare ex fine hujus  
libri. atque hinc *Flavium Valerius Con-  
stantius*, & *Fl. Valerius Constantius*  
dicti. Crispi quoque in illa familia,  
à Crispo fratre Claudii, qui verus fuit  
illius familie auctor. nam is avus  
Constantii Cæsar, per filiam fuit.  
sed appareret eos proniores fuisse in  
ejus nomina assumenda, qui & im-  
peraverat, & longe celeberrimum  
nomen suum apud posteros claris  
factis & insignibus victoriis reddi-  
derat. hinc etiam *Flavius Claudius  
Julianus*, est appellatus, à Flavio  
Claudio hoc nostro, ut appetat.

#### CASAUBONI S.

<sup>1</sup> Duplicem scilicet numerum, quam  
illum quo tota pariter Gracia, emissa  
Theff. ] Græcis γελιόρων γάλος,  
Latinis mille naves dicuntur fuisse in  
exercitu quo obsecra est Troja. sed  
fuisse multo plures, & Varro auctor  
est & Græci docent. in catalogo Ho-  
meri naves sunt ccccclxxxvi. vel ut a-  
lii numerarunt cccclxlvii. Thucy-  
dides cc. ait supra cito.

I. LXXXVII

merum quam illum <sup>1</sup> quo tota pariter Græcia omnif-  
que Theffalia, <sup>2</sup> urbes etiam Asiæ quondam expugnare  
conata est. Sed illud poëticus stilus fingit, hoc vera  
continet historia. Claudio igitur scriptores adulamur,  
qui duo millia navium Barbararum, & trecenta vigin-  
ti millia armatorum delevit, oppressit, attrivit: qui  
carraginem tantam quantam numerus hic armatorum  
fibimet aptare potuit & parare, <sup>3</sup> nunc incendi fecit,  
nunc cum omnibus familiis Romano servitio deputa-  
vit, <sup>4</sup> ut docet ejusdem epistola quam <sup>5</sup> ad Junium  
Broccum scripsit illyricum tuentem. *Claudius Broc-*  
*cho. Delevimus CCCXX. millia Gotthorum, II. millia na-*  
*vium mersimus. Tecta sunt flumina scutis: spathis &*  
*lanceolis omnia littora operiuntur. Campi ossibus latent*  
*tecti, <sup>6</sup> nullum iter purum est, ingens carrago deserta est.*  
*Tantum mulierum cepimus ut binas & ternas mulieres*  
*victor sibi miles possit adjungere. Et utinam Gallienum 9*

non

## SALMASIUS.

<sup>1</sup> Quo tota pariter Græcia, omnisque Theffalia, urbes etiam Asiæ quondam expugnare conata est. ] Non parum sententia incommodat vox, etiam, quam hinc jubemus extrudi furcillis, quantum potest: quo tota pariter Græcia omnisque Theffalia, urbes Asiæ quondam expugnare conata est. sic enim erat legendum. per urbes Asiæ intelligit non solum Ilium, sed reliquias Asiæ urbes, quas expugnavit Achilles, & ceteri Græci, toto illo decennalis expeditionis tempore, inter quas, Lyrnessus, Thebae, cum reliquis memorantur.

<sup>3</sup> Nunc incendia fecit, nunc cum omnibus familiis Romano servitio deputavit, ] Scribendum: qui carraginem tantam, quantam numerus hic armatorum fibimet aptare potuit, & parare, nunc incendefecit, nunc cum omnibus familiis, Romano servitio deputavit. incendefacere pro incendere, sic mittefacere apud Nonium pro missum facere. evallafacere, est

evallare Varroni, & similia quam multa.

## GRUTERUS.

<sup>2</sup> Urbes Asiæ quondam expugnare. ] Sic Pal. male vulgati verbo amplius, urbes etiam Asiæ expugnare.

<sup>3</sup> Nunc incendia fecit. ] An fuit? incendefecit. sed melius Cesaubonus, nunc incendio affecit.

<sup>4</sup> Ut docet ejusdem epistola. ] Pal. docetur.

## CASAUBONUS.

<sup>3</sup> Nunc incendia fecit. ] Malim, nunc incendio affecit.

<sup>5</sup> Ad Junium Broccum. ] Brocchos vel broccos Latini vocant quibus superius labrum tumet. Vario Rei rustice libro secundo, cap. ix. Plinius libro xi. cap. xxxvii. & Glossæ, Broccbus, ο τὸ αἴω χεῖλος ὁδηκός.

<sup>6</sup> Nullum iter purum est. ] Ut apud Homerum:

Ἐν κηθαρῷ ὅθι δὴ γενύσαι διεφαίνετο χώρος.

A 2

I. Siqui

Tem. II.

non esset passa Resp. utinam sexcentos tyrannos non pertulisset. Salvis militibus quos varia prælia sustulerunt, salvis legionibus quas Gallienus malè victor occidit, quantum esset additum Reipublicæ? Siquidem <sup>3</sup> nunc verba naufragii publici colligit nostra diligentia ad Rom. Reip. decus. <sup>4</sup> Pugnatum est enim apud Mœsios, <sup>6</sup> & multa prælia fuerunt apud Martianopolin, multi naufragio perierunt, plerique capti reges, captæ diversarum gentium nobiles fœminæ: impletæ barbaris servis, senibusque cultoribus

Roma.

<sup>1</sup> Siquidem nunc verba publici naufragii colligit nostra diligentia ad Rom. reip. decus.] Quid est verba naufragii colligere? hæc sunt obelo non expositione digna scripti omnes hac parte corrupti: ita tamen ut per illorum vestigia ad veram lectionem non dubia patet via. nam & regius & Puteani colligat exhibent, non colligit. regius vero hoc amplius, *vestra*, non *nostra*. optime. unum superat mendum, conjectura tollendum, quando silent codices. Lege periculo <sup>7</sup> *in pueris reges nesciunt*: Siquidem nunc reliqua (vel tabulas, aut tale quid) naufragii colligit *vestra* diligentia: ad R. r. d. plana & cerra sententia. in gratiam principis cui hanc vitam misit adjecit ista Pollio. Imitatur autem Vopiscus Atheniensium oratorem, qui fractis Atheniensium opibus, Reip. naufragia se administrare dixit.

<sup>7</sup> Apud Martianopolim.] Melius per c. Marcianopolin. Zosimus, quem hic lege, semper *Mærxiav& pôliu*. cum debuisse *Mærxiav&*, si fides Ammiano. Mæsi pro Mœsi supra, & alibi sapius.

## SALMASIUS.

<sup>1</sup> Siquidem nunc verba naufragii publici colligit nostra diligentia ad Romanæ reip. decus.] Nescio quam decora hæc naufragia, quæ recenset, & colligit Romanæ reip. decus heic nullum agno-

scunt veteres libri, neque nos ullum decus in tot naufragiis videmus. scribendum puto: siquidem nunc verba naufragii publici colligit nostra diligentia, ac Romanæ reip. hoc est, publici, ac Romanæ reip. naufragii.

<sup>4</sup> Pugnatum est enim apud Mœsos.] Scribe, apud Mœsos. Mœsi enim populi dicti: *Mœsia* provincia.

<sup>6</sup> Et multa prælia fuerunt apud Martianopolim.] Ita semper corrupte legitur apud Ammianum: cum heic & ibi sit scribendum, Marcianopolis, quemadmodum recte scriptum est in Palatino. idque jam monuere docti viri.

## GRVTERVS.

<sup>2</sup> Nunc verba naufragii publici colligit nostra diligentia.] Sic & Palatinus, quo videretur velle, ita naufragio interisse Republicam, ut nihil de ea reliquum sit quod colligatur, nisi verba, nisi fabula. & rei ipsius narratio, quod durissime dicatur, imo inviolose. quapropter accesserim emendationi Casaubonianæ.

<sup>3</sup> Ad Romanæ reipublicæ decus.] Pal. non habet illud decus. sed videntur requiri, nisi forte mutandum indecus.

<sup>5</sup> Apud Mœsos.] Sic Pal. non Mœsos. idem etiam statim habet, Marcianopolis, non Martianopolis.

F

Romanæ provinciæ. <sup>1</sup> Factus miles barbarus & colonus ex Gotto. Nec ulla fuit regio quæ Gotthum servum triumphali quodam servitio non haberet. Quid boum barbarorum nostri videre majores? quid ovium? <sup>2</sup> quid equarum quas fama nobilitat Celtarum? Hoc totum ad Claudii gloriam pertinet. Claudius & securitate Remp. & opulentia nimietate donavit. Pugnatum præterea est apud Byzantios, <sup>3</sup> ipsis qui superfuerant Byzantiis fortiter facientibus. Pugnatum apud Thessalonicenses, quos Claudio absente obfederant barbari. Pugnatum in diversis regionibus, & ubique auspiciis Claudianis victi sunt Gotthi, prorsus ut jam tunc Constantio Cæsari, nepoti futuro videretur Claudius securam parare Remp. <sup>4</sup> Et bene venit in mentem, <sup>5</sup> exprimenda est sors quæ Claudio

data

## SALMASIUS.

<sup>1</sup> Factus miles barbarus & colonus ex Gotto.] Horum verborum mentem non percipio, nec quid velint, satis scio. Scriptura Palatini Codicis hæc est: factus miles barbari colonus, & miles è Gotto, quæ mihi videntur lingua prorsus barbara esse concepta. ita penitus intellectum meum fugiunt. vult quidem dicere, militem barbarum, & militem Gotthum factum esse colonum: quæ sententia facile adstrui potest, ex iis quæ præcesserunt: sed hæc locutio, qua id voluit exprimere, aut corrupta est, aut novo quodam genere loquendi formata. Quare melius fuerit hac aliis acutioris ingenii emendanda relinquere, vel explicanda.

<sup>2</sup> Quid equarum quas fama nobilitat Celtarum?] Nimirum istæ equæ Celtæ ab illis Celtis sunt, quorum supra mentionem cum Eruis fecit. fama nobilitas illas equas dicit: quæ tamen fama ad nos usque non pervenit. neque Celtas enim, neque Celticas equas nunc novimus. Celetas & Celeticas equas supra volebamus, à Celetis Thraciæ populis non ignobi-

libus. quæ conjectura incipit nunc mihi validius placere, ex quo despare cœpi notitiam illorum Celtarum.

## GRUTERVS.

<sup>1</sup> Factus miles barbarus & colonus ex Gotto.] Pal. barbaricolum ex Gotto.

<sup>3</sup> Ipses qui superfuerant Byzantiis.] Pal. ipsis qui superius fuerant Byzantinis.

## CASAUBONUS.

<sup>3</sup> Ipses qui superfuerant Byzantiis fortiter facientibus.] Vide librum de Gallienis.

<sup>4</sup> Et bene venit in mentem expr.] Sic supra in Tyranno xix. Fuit & Valens superior, & bene venit in mentem.

## SALMASIUS.

<sup>5</sup> Exprimenda est sors quæ Claudio data est perhibetur, eo magis.] Non exprimit ubi sors illa Claudio data sit. quod tamen facit in sequenti sorte: idem in Aponino, inquit, cum consulere. id fecerat fortasse: sed correctoribus imputandum, quod locum nesciamus, ubi sors Claudio data esse perhibetur. nam in Palatino ita legitur,

Aa 2 gitur,

<sup>1</sup> data esse perhibetur: eo magis, ut intelligent omnes genus Claudi ad felicitatem reip. divinitus constitutum. Nam quum consuleret factus imperator, quamdiu imperaturus esset, sors talis emersit:

- <sup>2</sup> Tu qui nunc patrias gubernas oras,
- Et mundum regis, arbiter deorum
- <sup>3</sup> In veteres tuis novellis.
- Regnabunt etenim tui minores,
- <sup>4</sup> Et reges facient suos minores.

Item

gitur, exprimenda est sors, qua<sup>e</sup> Claudio data esse perhibetur commagnis, ut intelligent omnes genus Claudi ad felicitatem reip. divinitus esse constitutum. legebam aliquando Comanis. Comana urbs nobilissima Cappadocia, in qua Bellona vetustissimum templum. sed longe propius ad veterem scripturam accedit, quod nunc legimus, Commagenis. Commagenæ, vel Commagena, urbs in Pannonia superiore, quain Vindobona xxiv. milibus P. distantem facit vetus itinerary, & Commagenis nominat. Commagenam etiam urbem, à qua Commagenæ provincia nomen, memor Aethici Cosmographia. sed de illa Pannonia urbe magis hunc locum Trebellii accipiam, et si me lateat, an ibi sortes edi fuerint solita. ut ut est, non puto esse dubium, quin nomen loci alicuius debeat reponi.

## GRUTERUS.

<sup>1</sup> Data esse perhibetur: eo magis ut intelligent. ] Pal. perhibetur commagnis ut intellig. ex quo nullo negotio fiat, perhibetur Commagenis, ut intelligent. & ita restituendum videtur.

<sup>3</sup> In veteres tuis novellis. ] Nihil adjuvat Pal. qui initio tamen habuit, in veteris tuis novellis.

## CASAUBONUS.

<sup>2</sup> Tu qui nunc patrias gubernas oras. ] De licentia qua usurpatur hic in ultima vocis gubernas, ante monuimus.

<sup>3</sup> In veteres tuis novellis. ] Non à

fine, sed à principio est labes. quare ita erat scribendum: \*\* in veteres tuis novellis. sed fortasse fecerat auctor,

O longum in veteres tuis novellis.

SALM ASIUS.

<sup>3</sup> In veteres tuis novellis. ] Ita etiam omnes libri, sententia non minus quam versu claudicante. forte splendum:

Tu viences veteres tuis novellis. hoc dicit; Claudiu veteres omnes imperatores, non vitæ & imperii longitudine superaturum, sed novellis suis, hoc est nepotum successione potest & aliis modis suppleri. sed nobis non placet in re adeo incerta, centum tempus perdere. novellos hec pro nepotibus posuit vel minoribus. novelli Φειδωνία μη Querolo Plauti, sunt iurones, & pueri adhuc in prima disciplina constituti: quid ad hæc cor dicitis novelli atque incipientes nunc mei? sic Græci νεαροὶ vocant. Hesychius: εἰστεγωνῆς, νεαροὶ, δορυφόροι, ubi observandum, νεαροὶ dixisse, quos novellos auctor Queroli. & quos ille incipientes, hic δορυφόροι appellat.

<sup>4</sup> Et reges facient suos minores. ] Τέσσαρες τετάρτης, contra in orculo Cypselo Corinthiorum regreddito:

Κύψελος Ἡετίδης βασιλεὺς κατεβοῖ Κορίνθιος  
Αὐτὸς τετάρτης τετάρτης γέ τετάρτης  
οἱ τετάρτης.

¶ Idem

Item quum <sup>3</sup> in Apennino de se consuleret, responsum hujusmodi accepit,

*Tertia dum Latio regnante viderit ætas.*

Item quum de posteris suis,

*His ego metas rerum nec tempora pono.*

Item quum <sup>3</sup> de fratre Quintillo, quem consortem habere volebat imperii, responsum est,

*Ostendent terris hunc tantum fata.*

Quæ idcirco posui, ut sit omnibus clarum, Constantium divini generis virum, sanctissimum Cæsarem, & Augustæ ipsum familæ esse, & Augustos multos de se daturum, salvis Diocletiano & Maximiano Augustis, & ejus fratre Galerio. Sed dum hæc à divo Claudio <sup>1</sup> aguntur, <sup>4</sup> Palmyreni ducibus Saba & Timogene contra Ægyptios bellum sumunt, atque ab his Ægyptiæ pervicacia & indefessa pugnandi continuatione vincuntur. <sup>5</sup> Dux tamen Ægyptiorum <sup>6</sup> Probatus <sup>7</sup> Timogenis insidiis interemptus est. Ægyptii vero omnes se Rom.

## CASAUBONUS.

<sup>1</sup> Idem cum in Apennino de se consuleret. ] Lego, Aponino. vel, in Aponi fonte. vide Suetonium in Tiberio, capite xiv. de hoc fonte notum est Claudiani carmen & Theodorici regis epistola apud Cassiodorum libro secundo, xxxix.

<sup>4</sup> Palmyreni ducibus Saba & Timogene contra Ægyptios bellum sumunt. ] Sabas est quem Zosimus Zabdam nominat. Vopiscus Zabam, in Aureliano: ubi insignis est ejus error. Timogenes, eidem Timagenes: utroque modo hoc nomen efferunt Græci. Sed historiam aliter paullo narrat Græcus ille: ἐφερόμενον τὸν Ζαβδανούσια περιεπέμψατο, οὐδὲν διατίθεται οὐδὲν αἰτεῖται εἰπεῖν. Τιμογένης διελθὼν οὐδὲν αἰτεῖται εἰπεῖν. Τιμογένης διελθὼν οὐδὲν αἰτεῖται εἰπεῖν.

<sup>5</sup> Dux tamen Ægyptiorum Probatu. ] Zosimus & Zonaras Probum dominant.

## SALMASIUS.

<sup>1</sup> Item quum in Aponino. ] Lege, idem cum in Apennino. & paulo post, idem quum de posteris suis.

<sup>4</sup> Palmyreni ducibus Saba, & Timogene. ] Ver. ed. Sabba. forte: Sabda. nam Ζάβδας, Zosimo dicitur.

<sup>7</sup> Timogenis insidiis interemptus est. ] Pal. imaginis insidiis. lege: Timagenis insidiis. Τιμογένης dicitur Zosimo. & supra scribendum quoque, Timagenes.

## GRUTERUS.

<sup>2</sup> In Apennino. ] Ita & Palat. nisi quod is Apennino.

<sup>3</sup> De fratre Quintillo. ] Pal. Quintilio. sed infra expressit Quintillium, adhucque inferius Quintillum.

<sup>6</sup> Probatus Timogenis insidiis interemptus est. ] Pal. Imaginis. ut forsitan & heic & superius rescribi possit Timogenes, uti vocatur Græcis.

se Rom. imperatori dediderunt, in absentis Claudii verba jurantes. Atticiano & Orphito coss. auspicia Claudiana favor divinus adjuvit. <sup>1</sup> Nam <sup>2</sup> quum se in Hæmimontum multitudo Barbararum gentium quæ superfuerant, contulisset, <sup>3</sup> illic <sup>4</sup> ita fame ac pestilentia laborarunt, ut jam Claudius designaretur & vincere. Denique finitum est aspernum bellum, terroresque Romani nominis sunt depulsi. Vera dici fides cogit, simul ut sciant hi qui adulatores nos existimari cupiunt, <sup>5</sup> id quod historia dici postulat, non tacere. Eo tempore quo parta est plena victoria, plerique milites Claudii <sup>6</sup> secundis rebus elati, quæ sapientium quoque animos fatigant, ita in prædam versi sunt, ut non cogitarent à paucissimis se posse fatigari dum occupati animo atque corporibus <sup>7</sup> avertendis prædis inserviunt.

Den-

## CASAUBONUS.

<sup>1</sup> *Nam cum se in Hæmimontum multitudo Barbararum gentium quæ superfuerant, contulisset.]* Provinciam Thraciæ, in qua Hæmus mons, Hæmimontum nominarunt, ut auctor est Ammianus in descriptione Thraciarum libro xxvii. & ita hic vetera exemplaria. sic in notitia imperii & aliquot legibus, ut observat Jacobus Cujacius. Zosimus ita narrat: *αρχάγετον αὐτοῖς ή Ρωμαλων ἵσπερον ἀντίστοιχον, πολλὰς τε ἀνελθόντας, ταῦς λοιπάς ἐπὶ τὸν Αἰγαίον ἀπέστρεψεν κυκλωθέντις ἢ τοῖς Ρωμαίοις στρατεύδοις σὸν ὄλιγος ἀπέβαλον.*

<sup>2</sup> *Ita fame & pestilentia laborarunt.]* Non fame sed pestilentia tantum absumptos scribit Zosimus. *λοιμός ἢ κηλίαζοντος ἀπαντας αὐτοῖς.* Si Pollionem sequimur, scribendum, *λοιμός ἢ λοιμός.*

<sup>3</sup> *Id quod dici historia postulat, non tacere.]* Melius, nos non tacere. Hujus clavis à Claudii exercitu acceptæ, meminit & Zosimus, quem lege.

<sup>4</sup> *Secundis rebus elati, quæ sapientium quoque animos fatigant.]* Ad verbum

ex Sallustio in Catilinæ conjuratione: *Igitur hi milites, postquam videriam adepti sunt, nihil reliqui vidi sunt, quippe secundæ res sapientium animos fatigant: nedum illi, corruptis moribus, Victoria temperarent.*

## GRUTERVS.

<sup>5</sup> *Cum se in Hæmimontum.]* Pal. non habet dictiunculam in. & abesse potest.

<sup>6</sup> *Avertendis prædis.]* Pal. eos scriptos juvat qui präserunt præsidii.

## SALMASIUS.

<sup>7</sup> *Illic ita fame, & pestilentia laborarunt.]* Palat. & edit. vet. laborent, quod refertur ad multitudinem. nam & contulisset dixit.

<sup>8</sup> *Id quod historia postulat, non tacere.]* Non tacere, est scribere, vel dicere, quod ante observavimus. sic non jube, pro vetare.

## CASAUBONUS.

<sup>9</sup> *Avertendis prædis inserviunt.]* Non prædis sed præsidii scriptum in primis editionibus & regio quoque placeatum scribi cum Josepho Scaligero: avert. præsidii parum inserviunt. sed non

Denique in ipsa victoria prope duo millia militum à paucis Barbaris, & iis qui fugerant, interempti sunt. Sed ubi hoc comperit Claudius, omnes qui rebelles animos extulerant, conducto exercitu rapit, atque in vincula Romam etiam mittit <sup>1</sup> ludo publico deputandos. <sup>2</sup> ita id quod vel Fortuna vel miles egerat, <sup>3</sup> virtute boni principis antiquatum est. Nec sola de hoste victoria, sed etiam vindicta præsumpta est. In quo bello quod gestum est, <sup>4</sup> equitum Dalmatarum ingens extitit virtus, <sup>5</sup> quod originem ex ea provincia Claudius

non dubito melius scribi, *prædis*, quod libri Puteani servant. *avertere prædam*, familiaris historicis dictio.

SALMASIVS.

<sup>1</sup> *Ludo publico deputandos.*] Vet. ed. deputatos.

<sup>2</sup> *Ita id quod vel fortuna vel miles egerat, virtute boni principis antiquatum est.*] Quomodo *equatum* est? an totidem interfecit barbarorum, quot illi occiderant Romanorum milites? hunc enim sensum postulare videtur verbum, *equatum*. Palatinus alio nos dicit, qui habet, *antiquatum* est. inde probabilis, immo vera conjectura, scribendum esse, *antiquatum* est. nec aliter vetus editio. *antiquare*, ut omnes sciunt, est delere vel abolere. significat igitur virtute Claudi abdilum dedecus, & detrimentum sarcitum, quod acceperant Romani incautius se gerentes. Glossæ veteres: *antiquare*, δοχειάσθαι. & *antiquo* δοχείως.

GRVTERVS.

<sup>3</sup> *Virtute boni Principis antiquatum est.*] Haud refugi admittere scripturam exemplaris Palatini. vulg. *equatum est*, minus nervosè.

CASAVBONVS.

<sup>4</sup> *Equitum Dalmatarum ingens extitit virtus.*] De his accipio quæ scribit Zosimus isto bello patrata ab equitatu facinora præclara: etsi Dalmatas fuisse non dicit. In militia Ro-

mana Dalmatas equites per multa secula fuisse, ex historia sciri potest, & Notitia imperii.

<sup>5</sup> *Quod originem ex ea provincia Claudius videbatur ostendere.*] Tanti principis origo, ut aliorum summorum virorum, in obscuro latet. Traditum olim à nonnullis satum Claudium à Gordiano, cum ille adolescens ante legitimas nuptias, velut experiendarum virium gratia, cum quadam muliercula caput limasset. Sic accipiendum, quod Victor scribit: *Claudium plerique putant Gordiano satum, dum adolescens à muliere matura institueretur ad uxorem.* nam institui ad uxorem, nihil est aliud nisi πειραγόν διδόνει η λαζαρέων τη Αφροδίτης ἐργα. sed locum Victoris menda catere non puto. neque enim à muliere instituebatur, verum in muliere aliqua suas, ut diximus, vires periclitabantur. Suspicio scribendum, *in muliere Dalmatica:* atque hanc caussam esse existimo, cur ex ea provincia originem eum habuisse scribat Pollio, neque tam rem explicet. nec movet me Paulus Diaconus, qui vulgatam lectionem agnoscit. sape enim diximus ante multa secula turpissimas mendas bonis auditoribus inolevisse: quod in nostro de Critica commentario luce clara reddemus certius cum numine propitio.

SALMASIVS.

<sup>5</sup> *Quod originem ex ea provincia Claudius*

A a 4

dius videbatur ostendere, <sup>1</sup> quamvis alii Dardanum; & ab Ilio Trojanorum atque ipso Dardano sanguinem <sup>12</sup> dicerent trahere. <sup>2</sup> Fuerunt per ea tempora & apud Cretam Scythæ, & Cyprum vastare tentarunt: <sup>3</sup> sed ubique morbo exercitu laborante, superati sunt. Finito sane bello Gotthico, <sup>4</sup> gravissimus morbus increbuit,

*dias videbatur ostendere.]* Suavis est & lepida historia quam refert Victor de origine Claudi: *Clandium plerique putant, inquit, Gordiano satum, dum adolescentis à muliere matura institutum ad uxorem, quæ verba nec mendosa sunt, nec emendationem requirunt, sicut perperam existimavit vir doctissimus: nam & eum locum eo libenter attuli, ut vitio vacare probarem, & morem antiquum instituendi nobiles adolescentes ad uxorem & rem uxoriā, docerem. hoc voluit igitur Victor Gordianum adolescentulum, quem ducturus esset uxorem, à muliere matura & artifice illius palastræ institutum esse ad hunc ludum, ne novitus adolescentis, &c in hoc ludo minime doctus, ut nondum*

<sup>2</sup> *ἀφεγδίτης μνερός Ο,* parum se virum probaret novæ nuptæ. ad hoc plane exemplum Martialis Victori cūdam præcipit uxorem ducturo, ut tyrocinium suum deponat sub aliqua suburanæ magistra, quæ ipsum doceat officium viri, neque enim id bene doceri à virgine. verba poëtae:

*Ergo suburanæ tironem trade magistra: Illa virum faciet non bene virgo docet. ipsissima res est, quam superioribus verbis tangit Victor, de Gordiano ad uxorem à matura & magistra muliere instituto. illo igitur primo experimento Gordiani satum esse Claudiū, plerosque putasse scribit illo loci Victor.*

*1 Quamvis alii Dardanum, & ab Ilio Trojanorum atque ipso Dardano sanguinem dicant trahere.]* Non immerito mireris, non esse animadversum hujus lectionis vitium doctissimo

Casaubono, quod tamen ita perspicuum est, ut incursione oculos lacerat. Palat. & ab illo Trojanorum. ne dubita scribere: & ab Ilo Trojanorum rego, atque ipso Dardano sanguinem trahere: vel, ab Ilo Trojano. Dardanum gente fuisse Claudiū constans videtur opinio fuisse. unde & quidam à Dardano, atque ab Ilo Trojanorum antiquissimis regibus eum sanguinem trahere dixerunt. Virgilii:

*Ilesque Aſſaracuſque & Troja Dardanus auctor.*

Valerianus, Illyricianæ gentis virum in epistola ad Zosimionem infra vocat quidam igitur eum ex Dalmatia, alii ex Dardania fuisse dixerunt: adeo incerta de hujus optimi principis origine jaſtabantur.

*3 Sed ubique morbo exercitu laborante.]* Palatinus: sed ubique morbo atque exercitu laborante. deest fame: morbo atque fame exercitu laborante. sic enim supra, utroque laborasse dixit: illuc fame & pestilentia laboravit. nam per morbum heic, pestilentiam intelligit: ut & infra cum scribit; morbum increbuit, & morbo affectum Claudiū mortales liquefisse:

#### CASAUBONUS.

*2 Fuerunt per ea tempora & apud Cretam Scythæ, & Cyprum vastare tentarunt.]* Zosimus, qui eosdem auctores sequitur, Crete non Cyprum, sed Rhodium adjicit.

#### GRUTERUS.

*4 Gravissimus morbus increbuit.]* Pal. increbuit.

I Tunc

buit, <sup>1</sup> tunc quum etiam Claudius affectus morbo mortales reliquit, & familiare virtutibus suis petiit cœlum. Quo ad deos atque ad sidera demigrante, <sup>2</sup> QUINTILLUS frater ejusdem, vir sanctus, & sui fratris (ut verè dixerim) frater, delatum sibi omnium iudicio suscepit imperium, <sup>3</sup> non hereditarium, sed merito virtutum: qui factus eslet imperator etiamsi frater Claudii principis non fuisset. Sub hoc Barbari qui superfuerant, <sup>4</sup> Anchialo vastata, conati sunt Nicopolin

## CASAUBONI.

<sup>1</sup> Tunc cum etiam Claudius affectus morbo mortales reliquit.] Pestilentia igitur extinxit Claudius. pāne eadem verba Zosimus. ἀνθρώπος δὲ οὐλός οὐ πάντας, απέθανος οὐ πολλοὶ οὐ παρδυμένοι. τελεταὶ δὲ οὐ Κλαύδιος. Fabula igitur est, quod scribunt multi, verus Deciorum exemplum, qui pro salute Reip. se devoverent, à Claudio esse renovatum, eumque sic perisse.

<sup>2</sup> QUINTILLVS frater ejusdem.] De hoc varia est historia. vide Vopiscum in Aureliano, & Zonaram.

<sup>3</sup> Non hereditarium, sed merito virtutum.] Purgat Quintillum ab obiecto illi crimine: quod sic imperio fratris voluisse succedere, quasi hereditatem cerneret. quod & de Flaviano Taciti fratre, cuius est historia huic simillima, scribit Vopiscus.

<sup>4</sup> Anchialo vastata conati sunt Nicopolin etiam obtinere.] Ammianus libro XXXI. Anchialos capta, & tempore eodem Nicopolis, quam indicium victoriae contra Daicos Trajanus condidit imperator. Zosimus Valeriano principe vastatam scribit Anchialum.

## SALMASIUS.

<sup>2</sup> Quintillus frater.] Vet. ed. Quintillus. in Palatio quoque, Quintilio, scriptum supra notavimus. ita etiam in scriptis libris Eusebii reperiri testatus est Scaliger. Quintillum tamen vocant nummi veteres, ut ab eodem est observatum.

<sup>4</sup> Anchialo vastata, conati sunt Nicopolim etiam obtinere.] Ergo Anchialum tantum vastarunt, Nicopolim non item: quam quum expugnare aggressi essent, prius obtriti sunt à provinciis. Ammianus tamen Marcellinus, Anchialon captam fuisse, & eodem tempore Nicopolim quoque, scribit. Palatinus vero liber utramque negat capram, et si utramque tentatam: sic enim scribit; sub hoc barbari qui superfuerant, Anchialo vastare conati sunt, Nicopolim etiam obtinere. sed illi provinciis virtute obtriti sunt. ita autem disertum scriptum extat, in illo optimo libro, Anchialo vastare, pro Anchialum: quod ne quis mendum esse suspicetur, sciendum est illo tempore sic loci solitos, ut nomina urbium pleiarumque hoc casu enuntiarent: aliquando etiam per quartum. hoc barbarum, inquiet. sit plane barbarum, dum constet etiam veteres ita usus. Fronto, qui sub Adriano vixit, in epistola ad Marcum imperatorem: Durocortoro, Athenæ vestrae. sic apud Frontinum de Colonis, ager Carseolis: Puteolis colonia: Fundis oppidum: Gabia oppidum: & Cumis myro ducta colonia. sic & Megaris, sunt Megara apud vestrum Juvenalis interpretem. quod imitati sunt recentiores scriptores. inde Aurelianis urbs, pro Aurelia vel Aureliani: Parisis, Remis, & similia. per quartum quoque casum non raro extulerunt. apud Frontinum, Colonia Veios: Colonia Gravios: Casinos & Aquinos. perperam hodie scriptum,

A a 5 Capit.

lin etiam obtainere. Sed illi provincialium virtute obtriti sunt. Quintillus autem ob brevitatem temporis nihil dignum imperio gerere potuit. <sup>1</sup> Nam septima decima die, quod se gravem & serium contra milites ostenderat ac verum principem pollicebatur, eogenere quo Galba, quo Pertinax, interemptus est. <sup>2</sup> Et Dexippus quidem Claudium non dicit occisum, sed tantum mortuum. Nec tamen addidit morbo, ut dubium sentire videatur. Quoniam res bellicas diximus,

*Cassius & Aquinus.* hinc est, quod in omnibus libris citimē etiam vetustatis, non aliter Parisiorum urbem dictam reperias, quam *Parisios*. quod est pro *Parisios*. sic *Remus* aliquid factum esse, in antiquis Martyrologiis manuscriptis non raro scriptum offendit. quod item est pro *Remos*. nam *Parisios*, ut & *Remos*, est indeclinabile, *urbs Parisios*, *urbis Parisios*, *sum Parisios*. pro quo obtinuit ut *Parisius* scribetur. ita & cum per tertium casum ea effarent, indeclinabilia erant, ut *bac Anchialo*, *bujus Anchialo*, & hoc loco, *Anchialo vastare*, pro *Anchialum*. de qua ratione plura alibi dicam, quā id verum esse magis videntur. sic enim infra loquutus est Vopiscus in vita Probi: *Copto præterea & Ptolemaide urbes, ereptas barbarico servitio Romano addidit iuri. ita libri veteres eo loci.*

## CASaubonus.

<sup>1</sup> Nam septima decima die.] Sic & Zonaras: επὶ τῇ δέκα μέρες ημέρας ὀρεσπάζεται αὐτῷ τὸν αὐτορρχόν. Victor, Quintillus paucis diebus imperium tenens interemptus est. at Zosimus ait, paucos menses, ὀλίγης βιώσεως οὐλίδας: sed scripserat, ut probabile est, ὀλίγης βιώσεως ημέρας.

<sup>2</sup> Eogenere quo Galba & Pertinax.] Et hoc in Constantii gratiam.

## SALMASIUS.

<sup>1</sup> Nam septima decima die.] Vopiscus in Aureliani vita, vicefimo die.

<sup>3</sup> Et Dexippus quidem Claudium non dicit occisum, sed tantum mortuum.] Quare Dexippus Claudium occisum diceret, quem nemo dixit occisum? deinde cur heic de Claudi morte repetit, cum paulo ante eum morbo affectum mortales reliquisse scripserit? & cum ibi de genere quo mortuus est Claudio, non dubitet, quo argumento mutatus heic dubitat? nulla enim dubitandi ratio petipotest ex verbis Dexippi, qui mortuum tantum scribit: nec videri potest aliter sentire eum mortuum, quam quomodo omnes scripserunt, hoc est morbo. suspicor igitur id quod res est, non de Claudio, sed de Quintillo hæc esse accipienda, & temere pro Quintilli, Claudi nomen inrepluisse & fane ira est. dicit Trebellius Quintillum septima decima die impetri occisum: Dexippum autem non dicere occisum, sed mortuum tantum: sed cum non addiderit morbo, ambigi posse quomodo senserit. de morte enim Quintilli variae opiniones fuere, ut ex Zosimo discimus. quidam eum interfectum à militibus prodiderunt, ut Trebellius. alii sponte sua Aureliano cessisse quasi potiori, & sibi venas incidisse, ut scriptum reliquit Zosimus. Dexippus vero mortuum tantum scribit, ut dubium sentire videatur, inquit Trebellius. scribendum igitur hoc loco: & Dexippus quidem Quintillum non dicit occisum sed mortuum. pro Quintillo, hodie pereram Claudio legitus.

I Napia

de Claudi genere & familia saltem pauca dicenda sunt, ne ea quæ scienda sunt, præterius videamur. Claudius, Quintillus, & Crispus, fratres fuerunt. Crispi filia, Claudia: ex ea & Eutropio nobilissimo gentis Dardanæ viro Constantius Cæsar est genitus. Fuerunt etiam sorores, quarum una Constantina nomine, <sup>1</sup> nupta tribuno Assyriorum, in primis annis defecit. <sup>2</sup> De avis nobis parum cognitum. Varia enim plerique prodiderunt. Ipse Claudius insignis morum gravitate, insignis vita singulari & unica castimonia, vini parcus, ad cibum promptus, statura procerus, <sup>3</sup> oculis ardentibus, lato & pleno vultu, digitis usque adeo fortibus ut saepe equis & mulis iactu pugni dentes excusserit. Fecerat hoc etiam adolescens in militia, quum ludicro Martiali in campo luctamen inter fortissimos quoque monstraret. <sup>4</sup> Nam iratus ei qui non balteum sed

<sup>1</sup> Nupta tribuno Assyriorum. ] Cur nomen ejus tribuni non adscripsit? Assyri autem in militia Romana fuere, ut & Mauri, & Palmyreni, & Ostroeni. unde supra Titus tribunus Maurorum fuisse dicitur. de quibus alibi plura dicendi locus.

#### CASAUBONUS.

<sup>2</sup> De avis parum cognitum. ] Italo-quitur quasi patrem Claudi nobis indicasset: de quo ne  $\tau\epsilon\nu$  quidem, in iis saltem quæ hodie extant Trebellii.

#### SALMASIUS.

<sup>2</sup> De avis nobis parum cognitum. ] Mira brevitate avorum nomine patrem etiam comprehendit Trebellius. nam patrem, avum, proavum, avos vocat. de patre enim nec dixit, nec potuit quid cerri dicere. pater enim Claudi etiam ignorabatur. Quidam Gordianum patrem ejus scripsierunt, à quo procreatus est, primo experimenti actu, dum à muliere magistra eruditur ad uxorem.

<sup>3</sup> Oculis ardentibus. ] Vigentes oculos

in Zenobia dixit, quos heic ardentest vocat. Suetonius de Augusto, flagrantest.

<sup>4</sup> Nam iratus ei qui sibi non baltheum sed genitalia contorseret. ] Palatinus vitalia præfert, non genitalia. quod valde probo. non enim usque ad genitalia perveniebat baltheus, sed medium hominem cingebat. Claudius vero vitalia sibi ab adversario inter luctandum pro baltheo contorta indignabatur. non igitur severa & exacta lege luctabantur. nam in vera lucta vitalia contorquere & ilia firme nexu impicare permisum. Græci τε πίστε λαζανού dicunt. at militaris ista luctandi ratio, qua ludici ratione & exercitationis gratia erat instituta, non tam severis legibus peragebatur. nam nec nudi luctabantur, ut mos erat in Græcia luctantium. pro vitalibus igitur καὶ αὐτὸν τὸ πειρωνίῳ baltheum sibi invicem contorquere soliti erant. & merito Claudius iratus illi militi fuit qui legem ludici certaminis excesserat, & pro baltheo vitalia sibi eontorserat.

Bal-

sed genitalia sibi contorserat, omnes dentes uno pugno excusit. Quae res indulgentiam meruit pudore

VII.

Baltheus autem, ut notum est, medium hominem cingebat. Virgilius:  
Horum unum ad medium, teritur qua  
sutilis alio

Baltheus & laterum juncturas fibula  
mordet,

Egregium juvenem forma & fulgentibus  
armis

Transadigit costas, fureaque extendit  
arena.

Servius: ad medium autem absolute ubi  
alio teritur baltheus. videlicet contorquere,  
Graci οὐνούσια διάλεκτοι dicunt, quod in  
lucta erat sollempne. Statio, ilia impli-  
care lib. vii.

— tergo nec opinus inheret.

Mox latus & firmo celer implicat ilia  
nexus.

Apollodorus de Antæo: ὅρμητος  
ζευς μετέπειτα, θλίψας απίκτειν.  
Ζεύς sunt vitalia. unde in Helio-  
gabalo: quam alios vitalibus exemptis  
necarent, alios ab ima parte perfoderent.  
μεσοπέρδρῳ etiam hoc dicebant. Pol-  
lux: καὶ πλαγαῖσιν δὲ τὴν πλινθεῖσιν  
πλαγικόταν δύνασθε. μοχθησὸν γὰρ  
τὸ μεσοπέρδρῳ εὐ τῇ παρωδίᾳ χῆ-  
μα πλαστικῷ τὸ πέρδρον. Heli-  
chius: μεσοπέρδρον, μεσολαβεῖν. sed  
μεσοπέρδρῳ verius. sic autem dictum  
hoc schema palæstricum opinor,  
quod quibus vehementi nexus ilia  
stringerentur, plerumque ventris cre-  
pitum emitterent. hinc μεσολαβεῖν  
& μεσοπέρδρῳ idem in palæstra, inde  
elogium veteris athletæ: γε μέσοι  
εἰδεῖς ελαύειν: cuius vitalia nemo contor-  
serit. sed quod inde ἀληπτὸν athletam  
dici putat vir eruditissimus, qui nun-  
quam vixit est, valde in eo fallitur.  
vetus inscriptio: τοῦ ποδοτύπου, ἀ-  
ληπτὸν, αἰσθάνετο. perperam  
ibi legendum contendit, ἀληπτὸν.  
& male etiam alter ille doctus criti-  
cicus qui ἀληπτὸν indefessus vertit,  
ἀληπτὸν est invictus, & qui nun-

quam vixit est. λείπεται τὸ αἴρα  
dicebantur, qui vixi erant. Artemi-  
dorus: σφεντίσθι ὁ παῖς καὶ ἡ παῖδα  
καὶ τὸ ἐλπίδε μεγάλη τὸ παῖδα φρίσει  
εἰλέφθη. item alio loco: εἰλέφ-  
θη σφεντίσθι τὸ αἴραν καὶ αἴρετος τὸ παῖ-  
δις. καθήκησε γὰρ τὸ πεζόπεδον σφε-  
ντίσθι, & alibi paſſim apud eundem.  
Scholiaſtes Pindari: καὶ ἦτας με-  
ζων αὐτὸν τὸ αἴραν βασιζόντες τὸ Ο-  
δυναῖα δόλῳ παῖρ' αὐτὸν εἰλέφθη.  
id est, dolo vixit est, hinc ἀληπτός,  
invictus in agone. Dio in Melanoc-  
oma primo: καὶ τὸ πατέρος σύδεξπεργ-  
ὸν τὸ Μελανόμαρα σκένειον τὸ Δέτι  
Καρίας, ἀλλαγετε τὸ τε τὸ αἴραν καὶ Ο-  
λυμπίαστον νεκρηγότα, εἴδητο αὐτὸν  
περιβαλλετο. & γὰρ σφεντίσθι ἀληπ-  
τός. sic quoque legendum in cata-  
logo Olympionicanum à Scaligero  
primum edito: Αντίθινος τοῦ Καλλί-  
νικοῦ ἀληπτός σὺν τοῖς τρεισιν ιλι-  
νίαις, vulgo ἀληπτός vitiōse editum.  
quod tamen verum esse defendit vir ille magnus, fruſtra. sed nec  
ἀληπτῶς ἀνεγέγνωτο legendum a-  
pud Hesychium, cum recte legatur,  
ἀργαλεύων, ut & apud Suidam. defi-  
cere quoque pro Vinci Latini dixerunt  
ex illo λείπεται. Juvenalis de faſio-  
ne prasina:

— eventum viridis quo colligo panni.  
Nam si deficeret, meſtum tota urbe cir-  
deret.

Hunc populum. —

& recte ibi vetus interpres; si defi-  
ceret, si vinceretur. sic Tertullianus au-  
rigam deficere dixit qui vincitut: non alio modo quam τὸ αὐριγαν ipſum quo-  
que deficisse præsumitur, cum vires equo-  
rum defatigatio denegavit, quantum de  
dispositione defituti hominis, non de paſ-  
ſionis veritate.

G R V T E R V S.

I Sed genitalia sibi contorserat.] Pal-  
tinus à prima manu vitalia.

I Quod.

Vindictæ : siquidem tunc Decius imperator, quo præsente fuerat perpetratum, & virtutem & verecundiam Claudii publice prædicavit : donatumque armillis & torquibus, à militum congressu faceſſere præcepit, nequid atrocius quam luctamen exigit faceret. Ipsi Claudio liberi nulli fuerunt : Quintillus duos reliquæ : Crispus (ut diximus) filiam. Nunc ad judicia <sup>14</sup> principum veniamus, quæ de illo à diversis edita sunt : & eatenus quidem ut appareret ' quandoque Claudiū imperatorem futurum. Epistola Valeriani ad Zosimionem procuratorem Syriæ. *Claudium Illyricianæ gentis virum, tribunum Martiæ quintæ legioni fortissima dedimus, virum devotissimis quibusque ac fortissimis veterum præferendum. Huic salarium de nostro privato arario dabis annuos frumenti modios tria millia, hordei sex millia, laridi libras duo millia, vini veteris sextarios tria millia quingentos, olei boni sextarios centum quinquaginta, olei secundi sextarios sexcentos, salis modios virginis, ceræ pondo centum quinquaginta, fæni, paleæ, aceti, oleris, herbarum, quantum satis est, pellium tentoriarum decurias triginta, mulos annuos sex, equos annuos tres,*

<sup>1</sup> Quandoque. ] Pal. quandocunque.

#### CASABONUS.

<sup>2</sup> Tribunum Martiæ quintæ legioni. ] Hæc legio ut & sexta Gallicana atque aliae quarum in sequentibus libris mentio, post tempora Dionis fuerunt conscriptæ : nam earum nomen inter antiquas non recensetur, quas ipse descripsit.

<sup>3</sup> Vini veteris sextarios tria millia quingentos. ] Quod per sextarios potius quam per congios aut culeos numerus hic indicatur, ea fortasse cauſa est : quod dietim vinum exhibetur, non una largitione plures congii simul : sic enim plerunque solitæ distribui annonæ. in Aureliano vocatur hoc vinum mensale.

<sup>4</sup> Pellium tentoriarum decurias triginta.

ta.] Solent non singulæ pelles vendi, sed plures simul in unum fascem colligantæ, pura denæ aut duodenæ simul. Videtur autem decuria una ad tentorium unum sufficisse : ideoque per decurias fuisse emi vendique solitas.

#### SALMASIUS.

<sup>4</sup> Pellium tentoriarum decurias triginta.] Sic res aliae multæ per decurias venundari solitæ. sic decades chartarum apud Anastasium de vitis Pontificum in Sylvestro : cartas decades centum & quinquaginta : aromatum libras cc. item : cartas decades trecentas : olei nardi libras trecentas, & paulo post : cartas decades quadringentas : piper medinos quinquaginta.

<sup>5</sup> Equos annuos tres, camelos annuas decem. ] Equi annui tres tribuno legio-

gio

<sup>1</sup> camelos annuas decem, mulas annuas novem: <sup>2</sup> argenti in opere annua pondo quinquaginta, <sup>3</sup> philipeos nostri vultus annuas centum quinquaginta, & in strenis quadraginta septem & trientes centum sexaginta. <sup>4</sup> Item

in

gionis dantur. Hyginus de castris metandis, decurionibus singulis ala milliarie ternos equos tribuit, duplcaris, & sesquiplicariis binos, his verbis, quæ in vulgatis corruptissima sunt: nunc uero referam loco, ala milliaria turmas habet xxxii. in ea decuriones, duplcarii, sesquiplicarii totidem, quo numeri turmarum, stabunt: equos singuli decuriones ternos: duplcarii & sesquiplicarii binos. ad quem locum plura de tota hac re dicemus.

<sup>1</sup> Camelos annuas decem.] Palatinus, camelas annuas decem, camelorum autem in castris Romanorum, jam inde à vetustis temporibus multus usus fuit, ad prædam portandam, quibus cum epibatis suis quinque pedes as signat. Hyginus & in prætentura eos collocat, aut juxta quastorum, si ad prædam portandam prestat erunt. equitibus vero duo pedes & semis; pediti pedem unum tensura adsignat. sed hæc ibi pluribus. inde igitur semper ducibus & tribunis cameli vel camelæ cum equis & mulis datae.

<sup>2</sup> Argenti in opere annua pondo quinquaginta.] Argentum in opere vocat, argentum operatum, quod vetustiores factum appellabant. sic calices in gemmis, gemmarios calices appellat idem Anastasius. ut marmora in exemplis, marmora exemplata. argentum igitur in opere, est argentum factum.

## GRUTERUS.

<sup>1</sup> Camelos annuas decem.] Pal. camelas annuas.

<sup>4</sup> Item in caucos.] Iterum admisi scripturam Pal. cum fuisse in ante. hac vulgatis *caveos*. ceterum idem codex abit à publicatis, quod habeat, item in *cauco* *scypho* pondo undecim. item *caucus* & *scypho* & *zuma* pondo undecim. sed videntur priora inducenda.

## CASAUBONUS.

<sup>3</sup> Philipeos nostri vultus.] Philippei nummi Philippi primum iussi formati fuerant: sed cum illa forma recepta semel placuisse, ea retenta est simul cum appellatione: hoc solum immutato, ut vultum & nomen numimus referret non Philippi, sed ejus principis qui cu di jussisset. Idem sentimus de aureis Antoninianis, & Valerianeis, sive Valerianinis, & trientibus Salonianis, de quibus paulo post fit mentio.

<sup>4</sup> Item in *caveos* & *scyphos* pondo undecim.] Hæc sunt inducenda sequuntur enim eadem verba.

## SALMASIUS.

<sup>4</sup> Item in *caveos* & *scyphos*.] Palatinus: in *caucos* & *scyphos*. nec dubium quin illa sit vera lectio. caucum enim vocarunt recentiores, qui vetustioribus erat *cyathus*. Isidorus *cyathum* sua atate *caucatum* fuisse dictum scribit: *cyathi* pondus decem drachmis appenditur, qui etiam à quibusdam caucatus dicitur. ita enim libri veteres. vulgo *caulacus* scribuntur. quidam libri, *caustus*. omnino verum est, *caucatus*. *caucus* autem & *caucatus* idem. sicuternius, terminatus: *matella*, *matellata*: *matula*, *matulata* in veteribus *Glossis*. magistrati pro magistris apud Livium in vetustissimis membranis: unde magistrati pagorum pro magistris pagorum apud agrimensores olim mihi notati. *caucus* igitur vel *caucatus*, est *cyathus*. epigrammaticis Graci lemma: εἰς τὸν ζεῦ καυκίων γέγλυντο μήδον. *caucus* appellat, qui in ipso epigrammate, κύαθος vocatur.

Εὐ κύαθῳ τίς ἐπωγεῖ; τινός γέλει; caucum, baicum etiam vocabant. & caucam, baucam. caeca in *Glossis* expnitur paterna. Anastasius in virtutis Pontificum,

in caveos & scyphos pondo undecim.<sup>1</sup> item in caveos & scyphos<sup>2</sup> & zuma pondo undecim.<sup>3</sup> Tunicas russas militares

tificum, Leone quarto: cantharam exaustram unam, baucas exauatas tres, fibulatoria majora & minora quinque. & in Benedicto tertio: Baucas ex auro purissimo duas pensantes libras. bauca & cauca idem: & βαυγάλιον & καυγάλιον. sic & in aliis multis vocibus harum duarum invicem litterarum permutationem animadverti. βαργόπυλον & καρκορύνθιον Græci rem eandem appellant. ita Latinis *buso*, & *cuso* indifferenter dicitur: optimæ Glossæ, *buso*, & *cuso*, οξυγνή εἰδός αειδός. à baanca, bauncar vel bancal & bancale: quod est vas vitreum vinarium, est & baca vel bacea, nam ita scribitur apud Isidorum, genus aliud vas: à quo bacar αἴσχατος εἰδός in Glossis, & bacarium. errant igitur qui distinguunt inter βαυγάλιον & καυγάλιον, baucam & caucam. veteres Glossæ: macusta, βαύην, lege, mascauta vel mascauda. mascaudam appellat ille Grammaticus, quam alii communius, *bascaudam*. sic & apud veterem Scholialem Juvenalis in antiquo libro lectum fuisse mascaudam notarunt eruditæ viri. Glossæ, βαύην, hoc viniferum. viniferum Latine vocat, quod αειφόρον Græca voce magis in usu est. baucas istas vel baucales, gillones etiam appellarunt. nam ita in vetustissimo libro epigr. scriptum legi:

— gillo, fabilla, meto.  
gillonem quoque vocat Cassianus monachus, non gellonem.

## CASaubonus.

<sup>1</sup> Item in caveos & scyphos & zuma pondo undecim.) Caveum poculi genus esse paret ex Pescennii vita. Hieronymus cavum ligneum appellat libro 11. adversus Jovinianum vas quod ad potandum habuit Diogenes Cynicus priusquam vidisset puerum manu concava bibere. sed antiquæ Hieronymi editiones scribunt cancum

lignenum, non ut hodie editur, *cavum*, quod firmat Scaligeri sententiam cancum ubique legitens pro *caveum*, ut ante diximus. Pro *zuma* lego *zemam*. cabobs ita vocarunt vulgo, ωνδρη τὸ ζεῖρ. Servius in III. Aeneidos: *LEBETAS*, ollas æreas: Græce dixit: *zemam* enim vulgare est non Latinum.

<sup>3</sup> Tunicas russas militares annas.) Numerus deest. Scribo, annas duas. ut in sequentibus. russas tunicas appellat *quas Græci Φουνιδας*, ut explicat recte doctissimus Turnebus. sed de russo colore lege quæ disputat Julius Scaliger in acutissimis illis suis, & sine admiratione nunquam legendis Exercitationibus. Tunicas ducales russas, leges in Aurelianæ vita.

## SALMASIUS.

<sup>2</sup> Et *zuma* pondo undecim.) Ita libri nostri constanter malebat vir doctissimus, *zemam*. ita dicuntur *olla* & *zema*. nihil nos mutamus, præsertim non adstipulantibus libris: *zumum* enim vel *zemum*, & *zema* *zemam* idem est. sic *digammam* & *digammum* dixerunt: *diplomam* & *diplomum*, & alia infinita. *zema* vero vel *zemum* aut *zumum* *olla* dicta est δῶρον τὸ ζεῖρ. Etymologicum magnum: ζέμων, τὸ ζερμόν δῶρον τὸ ζεῖρ. ζέμων jus vel decoctione. unde ὄριθες δῶρον ζέμων, quæ sunt elixa, & cum jure decocta. Isidorus *zemam* appellat. jus coquine magistri à jure nuncupaverunt, quia ea lex condimenti ejus. hanc Græci *zemam* vocant. quem locum idcirco adduxi quod ibi aduersus librorum autoritatem ζεμων restituunt. *Zemam* vocat Isidorus quod est Græcis ζέμων. inde *olla* etiam in qua decoquitur aliiquid, *zema* vocatur, vel *zumum* aut *zemum* ut diximus. Glossæ manuscriptræ *zemam*, *olla* verba autem illa, ζεῖρ, ζέω, ζέω, & si qua sunt similia, etiam χύω & ξύω & ζύω dicuntur. unde

de ζύμω, ἀπὸ τοῦ ζύμου hoc est fervere, sicut Latini fermentum à fervendo dixerunt. inde igitur zymum pro zemum. id que indubitate verissimum est. posuit etiam zymum à ζεύξῃ sic fieri, & in mutato ut πελός, pullus: βερρός, burrus, καρπέλης, catapulta: Σικελός, Siculus, & similia sexcenta. ita igitur, ζεύξης, zuma & zymum, ut διδούμενος, diploma, & diplomum.

3 Tunicae russas militares. ] Deest numerus, ut jam animadversum viris doctis. legendum igitur: tunicae russas militares duas, sagochlamydes annas duas. jungit tunicae militares, & sagochlamydes. tunica enim militaris interior vestis supra quam accipiebatur sagochlamys. Φοινίκιος heic interpretatur Turnebus, quem sequutus est Casaubonus. sed Φοινίκιος Græci τοῦ φερεπλοῦ appellant, hoc est paludamentum vel chlamys, quæ supra tunicam accipitur. locus Plutarchi quem produxit Turnebus ex vita Brutii non de tunica ducali sed de paludamento vel pallio ducali accipendus est. sic enim habet: τὸ μὲν σῶμα τῇ πολυπλεστῇ τῇ ἑαυτῷ Φοινίκιον τοῦ βαλεῖν κατέλθειν. verbum τοῦ βαλεῖν de eo genere vestimenti capiendum esse satis ostendit, quod Græcis φερεπλοῖσι. qua voce & vestem stragulam, & chlamydem, & pallium, & quidquid amictui est, intelligunt. sed clarus in Crasso Φοινίκιον posuit pro paludamento imperatoris: λέγει δὲ ἡ μέρας κίνείν τοι, ὥστε εἴθεται Ρωμαιοῖς στρατιῆσι εἰ Φοινίκιος ἐλθεῖν, αὐτὸν τοῦ ιυγλᾶς πελάσι. id est, non in paludamento coccino, ut mos est Romanorum imperatorum, sed in pullo amictu processisse. & sane η Φοινίκιος, punicea chlamys est, ut η αἰλεργίς purpurea. tunica russa hoc loco sunt Φοινίκιοι χτῶνες. Φοινίκιος ψαοδύτες vocat Plutarchus in Philopœmene, ubi Philopœmenis militibus tribuit στρατιῶντος χλαμύδας η Φοινίκιος ψαοδύτες. id est sagula militaria, οἱ tunicae russas. Φοινίκιος & Φοινίκιος

χτῶνες videtur etiam distinguere Pollux lib. vii. cap. xiii. εἰ δὲ τὴν Κρωνίδαν καὶ τὴν θραυστήν, αἰλεργίς, πορφυρίς, Φοινίκιος η Φοινίκιος χτῶν, βατραχίς, αἵται μὲν αἰρόντος tamen etiam plerumque confundi apud Græcos Φοινίκιος & Φοινίκιος χτῶνες. russas militares Isidorus vocat russatas. russata, inquit, quam Græci phœniciam vocant, nos coccinam, nupta est à Lacedemoniis ad celandum coloris similitudine sanguinem, quotiens quia acie vulneraretur, ne contemplanti adversario animus auge sceret. Græci φερεπλοῦ idem dicunt ex Aristotele. addit Isidorus: hac usi sunt milites Romani sub consulibus: unde etiam russati vocantur. sequitur apud eundem: solebat enim pridie quam diancum effe, ant principia ponit, admonitus & indicium futuræ pugnæ. Græci scriptores in rebus Romanis hoc insigne quod ante duces tentorium erigebatur, cum ad arma concurri oporteret, χτῶνα κυκλούντος vocant & χτῶνας Φοινίκιον, interdum etiam Φοινίκιον. de tunicis russis ducilibus, & russis militariis nos alibi. russas istas militares, caninas russas vocat Martialis:

Roma magis fusis vestitur, Gallia rufis.

Et placet hic pueris militibusque color intelligere tunicas russas caninas quæ servis & militibus in usu fuere: vel certe pænulas russas. hinc pænulati sexvi & pænulati milites, ut alibi observare memini. Tertull. de coron. milit. ibidem gravissimas pænulas posuit resellari auspiciatus: speculatoriam pedibus absolvit, terræ sanctæ infistere cupiens. seq. & nam russatus sanguine suo, sive calceatus. russus igitur illæ pænulæ militares, quas non dubitem heic vocari tunicas. sic Φανόλις Græci modo φερεπλοῦ, modo χτῶνα interpretantur. Suidas: Φανόλις, χτῶνες οἱ τοι παλαιοὶ φερεπλοῦ. η χτῶν εἰσαγένεσι. sic tunicas gauſapiam vel gauſapinam, & pænulam gauſapinam de eodem genere vestis dixerunt. sic tunica scorteæ, & pænula scorteæ eadem, nisi quis dixerit & tunicas & pænulas russas habuisse milites. quod

*res annuas, <sup>1</sup> sagochlamydes annuas duas, fibulas argenteas inauratas duas, <sup>2</sup> fibulam auream cum acu Cyprea unam.*

quod ego verum esse arbitror. nam tunicas istas russas sub sagochlamydis gerebant, quarum heic junctim cum tunicis habetur mentio. *Φανόλιν* tamen etiam Graci *χτενά* interpretantur, & tunicae quoque nomine *πανταλ* Latinos vocavisse supra volebam, ubi de tunicato popello, & servorum tunicis agebamus, de quo nos alibi.

*1 Sagochlamydes annuas duas.*] Inter sagum & chlamydem hanc puto differentiam fuisse, quod ad formam attinet, quam doctissimi quique Græcorum inter *χλαῖναι* & *χλαμύδες* constituunt. sic igitur illi: *χλαῖνος καὶ χλαῖνα Διοφέρης*, ηθὸς Διοφέρης πάστερις Διδυμῷ εἰς τακτηράδης διωτέρῳ Γλαύδῳ. η μὲν *χλαῖνα* ἡραίκην φόρησε, *χλαῖνος* δὲ *Μακεδονῶν* μῆτέρα εἴσακτοι εἴπει Τρωϊκῶν ὄντος Σαπφοῦ, αὐτὴν γδὲ μέμηται τὸ *χλαμύδων*. Διοφέρειν φοῖς καὶ τῷ θήνατι. η μὲν γδὲ *χλαῖνα* τετράγωνον φοῖς ἴμετον. η δὲ *χλαῖνος* εἰς τέλειον τοῖς τὰ κοίτα σωμάτεσσι. *χλαῖνα* τετράγωνον, Latinis *lana*. sagum quoque τετράγωνον. saga enim quadra & quadrata fuisse passim memorant auctores. Isidor. sagum autem Gallicum nomen est. dictum autem quadratum sagum, eo quod apud eos primum quadratum vel quadruplex esset. sed de quadratis & rotundis generibus vestium nos alibi. sagochlamys igitur ex utroque compositum, sago & chlamyde, vel ad utriusque formam factum, & aliquid habens ex utroque vestimentum. non diversum fuisse videtur genus illud vestis quod *σαγοχλαῖνος* Graci recentiores vocant. nam *μαντίον* pro chlamyde dixerunt. Glossa: *pseudamentum, χλαῖνος, μαντίον*. de sagomanto Suidas in Etymologico: ubi interpretatur *χλαῖνος* τὸ *τέξιφερες* τὸ *κύρη σωτηρία*.

Tom. II,

*Σείτη λεγέμδρον σαγοχλαῖνον, ὅπει φορέσσον οἱ κηροφόροι, &c. non dubium est idem esse σαγοχλαῖνον & σαγοχλαῖνος*, & appareat rotundum fuisse ut chlamys, non quadratum vel quadrangulum ut sagum. sed hæc pluribus explicare non est hujus loci. quod in alio tempore & alio opere commodius praestabitur.

*2 Fibulam auream cum acu cypream unam.*] Scribe: *fibulam auream, cum acu Cyprea unam*. acus cyprea non abullo Cypriorum artificio dicta est, sed ab *Cypri*, hoc est ære cyprio, quod nunc cyprum vocamus. Spartanus in Pescennio cyprum vocavit. ita enim in veteribus libris: nam *τὸν* ex ære vel cypro cancelli superpositi esse dicuntur. inde hoc loco *acus cyprea*. *acus cyprea* vel *cyprea* multa apud Marcellum mentio: nos aliquot loca proferemus: lacertum viridem quem Graci sauron vocant capies, per que ejus oculos acum cupream cum licio quam longo volueris tracieas. idem alibi: lacertam viridem excacatam acu cyprea invias virirem mites, cum anulis argenteis ferreis & electrinis. item: ranunculum viridem acu cyprea pungito, & sanguine ejus excepto palpebras contingit. sed & aliis locis apud eumdem, & acus cyprea, & anuli cyprei, & vasea cyprea memorantur.

#### GRUTERUS.

*2 Fibulam auream cum acu Cyprea unam.*] Repræsentavi lectionem codicis Pal. sed manus secunda: tanto quidem proclivius quod in eam descendat ingenii conjectura Casaubonus noster; neque quidquam subessest sani vulgato, Cum acum Cypriam unam.

#### CASaubonus.

*1 Sagochlamides annuas duas.*] Interdum ex duplice genere vestium unum conficiebant, quod utriusque figuram participaret. sic chlamydem man-

B b

tuclem

unam. Balteum argenteum inauratum unum, <sup>1</sup> annulum bigemmem unciale, <sup>2</sup> brachialem unum unciarum septem. Torquem libralem unum, casidem inauratam unam. <sup>3</sup> Scuta chrysographata duo, loricam unam, quam refun-

tuelim mox nominat auctor: & ita etiam tunicas palliolas leges in Vopisci Bonoso. Etiam in Gallienis trabeata saga licet interpretari in hunc modum. neque temere ea lectio mutanda. ita ergo sagochlamys, vestis novum genus fuit compositum ex sago Romano sive Gallico & chlamyde Graecanica. utrumque indumentum fuit militare.

<sup>2</sup> Fibulam auream cumacum Cypream unam.] Scribe: cum acu Cypria, unam. non enim sequor libros scriptos qui duo illa verba cumacum Cypriam non habent. Vestium fibula a parte sui ita sunt dictæ: cum enim annulo constent & acu, proprie non utrumque, sed sola acus fibula dicitur. ea pars est toto antiquior: nam primos homines necessitas compulit ut vestem fluentem spina vel hastula adstringerent, ut observant Rabbinis, & legimus apud Tacitum de veteribus Germanis. id igitur quod insigebatur, è re fibulam, quasi figuram Latini dixerunt. nisi malis à findendo deducere cum Julio Scaligero. Graci à περιν quod est transfigere, περιν & περιν. & ab επειν, quod immittere significat, επειν. Callimachus,

Aλιγος χρυσεῖσσαν ἐπεινεῖσσαν εὐτη-

vulgo nobis, ardille, vel ardillon, quæ vox & sonus & significatione affinis est Græca ἀρδη. ars deinde accessit, quæ annulo adjecto & commodiore & honestiore fibula usum præbuit. Sed totum illud inventum Latini fibulam vocant: et si proprie id est quod diximus. Graci quoque περιν, περιν, φίσλαι. Acus cypria, sitne ab ære Cyprio ita dicta, an ab

artificio peculiari artificum Cyprorum, nescio. Egnatius hic male concidit.

#### SALMASIUS.

<sup>1</sup> Annulum bigemmem.] Palatinus: annulum bigemmem. scribendum: annulum bigemmem unum. non enim annulus bigemmem qui duas gemmas habeat, recte dicatur, sed bigemmis: ut nec fluvium bicorneum dixeris, qui duo habeat cornua, sed bicornem.

<sup>3</sup> Scuta chrysographata.] Χρυσογράφη Graci vocant quod est auro pictum: ut κηρυχεῖσσα, quod est cera pictum. inde verbum χρυσογράφη, auro pingere, quod heic est chrysographare: & chrysographata scuta, χρυσογράφη. neque vero litteris aureis inscripta placet interpretari. sic auro celata, χρυσόν λυφα vocant, & χρυσορόποτε. potuisset simpliciter dicere chrysographa scuta: sed sic chrysographata dixit, ut anaglyphata pœnula dixerit pro anaglyphis. sed hæc alio loco pluribus.

#### GRUTERUS.

<sup>2</sup> Brachialem unum.] Pal. man. quod si retinemus, aliquid subaudiendum substantivi.

#### CASAUBONUS.

<sup>2</sup> Brachialem unum unciarum septem.] Scribe brachiale. & dextrocherium intellige, de quo satis ad Maximinos.

<sup>3</sup> Scuta chrysographata duo.] Et picta, sive celata, & inaurata, vel aureis litteris inscripta. de hac arte notamus aliquid ad Suetonii Octavium, capite vii. aliud est cum in argentum solidi auri celatura descendit, ut loquitur Seneca.

I. Libr.

refundat. <sup>1</sup> Lanceas Herculeanas duas, <sup>2</sup> aclydes duas, falces duas, falces fœnarias quatuor. Cocum quem refundat, unum: mulionem, quem refundat, unum. Mulieres speciosas ex captivis duas. <sup>3</sup> Albam subsericam unam

CUM

<sup>1</sup> Lanceas Herculeanas duas.] Melius, Herculaneas, sic in Pertinace, machæ & Herculaneæ. tamen & alibi legas Herculeanus.

<sup>2</sup> Aclides duas.] Aclides sunt plumbeæ funiculo ex baculo aptæ. Lege Servium ibi,

— teretes sunt aclides illis

Tela: sed hæc lento mos est aptare flagello.

<sup>3</sup> Albam subsericam unam, cum purpura Succubitana.] De alba subserica inferius sub libri hujus finem. Succubitana purpura, à Succubone Baſtetania oppido nomen habet: solet enim à loco ubi tingebatur denominari purpura, ut Tyria, Laconica, Hermionica. Succubitani municipii mentio facta superius initio vitæ Marci Antonini. Videtur Plinius Succubonem collocare in vergente quidem ad mare Baſtetania, sed tamen in mediterraneo. purpuræ autem baphia non alibi instituta, quam in locis ad mare sitis. propterea suspicabar syllaba adjecta scribendum esse, Succubitana: ut eadem sit cum illa quæ statim Maura nominatur. nam Succubar sive Succabar oppidum Mauritanæ Cæſariensis ex Plinio aliisque notum est. At regius aliter, ubi offendit, Grabitana. etiam Puteanus unus, Girbitana. de quibus lectionibus cogitent erudit. Scribit quidem Aurelius Victor vulgaris, Meningem sua jam atate iniulam fuisse dictam Girbam: sed de purpura Girbitana nihil legi.

## SALMASIUS.

<sup>1</sup> Lanceas Herculeanas.] Melius Herculeanas, quam Herculaneas. nam Hercules, Herculeus, Herculeanus: ut Cæsar, Cæsareanus. ita quoque legendum in Pertinace: Machæ Herculeane.

<sup>2</sup> Aclides duas.] Mirum est Ser-

vium narrare aclides genus esse teli antiqui, adeo ut nusquam commorentur in bello: liquer tamen ex hoc loco, & in bello commemoratas & usitatas fuisse. idem Servius ad illum versum:

Teutonicu ritu mos est torquere cateias.

Cateiam quidam afferunt teli genus esse tale quale aclides sunt, ex materia quam maxime lenta, cubito semis longitudine, tota fere clavis ferreis illigata, quam in hostem jaculantes, lineis quibus eam adnexerant, reciprocam faciebant. cateiae autem lingua Theotisca baſtæ dicuntur. quæ verba optimi Grammatici non uno loco castigavimus, ubi insigniter erant depravata. constat igitur aclides clavae genus esse, quod loro vel amento in hostes jaciebatur. falsum est quod quidam scripsit, veteres aclidem vocavisse, quod posteriores μαχλάδιον. aclidum enim in bello tantum usus, quæ loro religata magna vi jaciebantur, & redibant ad eum qui jecerat, clavisque ferreis, aut acuminibus erant munitæ, ut sine pernicie non redirent, quemcunque tetigissent. ideoque recte jacula brevia interpretatur Nonius. at manclavia non erant jacula, sed fustes, quibus cædebantur, qui fustuarium meruerant. vide quantum intersit inter μαχλάδιον & aclidem. Isidorus de cateia scribens, quam & aclidem esse refert Servius, caiam ab Oratio dictam ait. ita enim omnes libri quos vidimus: vir tamen doctissimus eo loci correxit, calam à Lucillio dici, & putat illum versum Lucillii designari,

Scinde puer calam ut caleas.

ego etsi nesciam quam bene nomen Horatii ibi sit ab Isidoro positum, de caja tamen mihi exploratum est, non mutari debere. caja vetus verbum, quæ fustum aut clavam aut baculum

B b 2 signi-

<sup>1</sup> cum <sup>2</sup> purpura Girbitana : <sup>3</sup> subarmale unum cum purpura

significat. unde cajare, pro verberare dicebant veteres. Fulgentius in libro de continentia Virgiliana : in septimo vero Cajeta sepulta nutrice, id est magistrinae timoris projecta gravedine : unde Cajeta dicta est, quasi coactrix etatis : nam & apud antiquos cajatio dicebatur puerilis cades. unde Plantus in Comedia Cistellaria ait :

Quid tu amicam times ne te manulea  
cajat?

cajare igitur est verberare & cädere, unde puerilem verberationem cajationem olim dicebant, à caja scilicet, quæ fustem significat. non puerilem tantum cädem, sed cuiusvis denotat. Isidorus : cajæ, cancelli. idem in eiusdem Glossis : cancellare, batuere exponit : cancellat, concidit, battuit. non igitur cajare, compescere aut coercere significat, nisi quatenus id sit verberibus, sed cädere & batuere. & sic illi voci hactenus ignotæ significationem suam restituimus.

<sup>3</sup> Albam subsericam unam.] Alba heic absolute vestis alba: unde albat qui albas gestabant. in Gallieno: jam primum inter togatos patres, & equestrem ordinem, albatos milites, & omni populo praecunte. ubi notandum de albatis militibus. nam videntur istæ albæ propriæ militum fuisse diebus festis, & pompæ destinatae. ita heic alba tribuno datur, eaque subserica.

<sup>1</sup> Cum purpura succubitana.] Quis primus purpuram istam succubitanam commentus sit, nescio. nam vet. editio habet, gubitana, parum quidem emendate, sed vitio, ut appareat, typographicò, pro girbitana, quæ est scriptorum omnium lectio. Girbitana purpura à Girba insula quæ Meninx veteribus dicta fuit. in Cosmographia Aethici numeratur inter insulas Oceani Meridiani insula Girbe: Syrtis major. Lucicapi. Syrtis minor. Catabathmon. Girbe. in itinerario insularum, etiam insulæ Girba sit mentio. ea est quam dixi veteribus dictam Meninx-

gen: quod scimus testimonio Victoris vulgaris: eamque hodie nomen id retinere dicunt, & Gerbi appellati. in ea nobilissimum baphium, cuius mentio in notitia imperii, ubi Girbitanum baphium non semel memoratur. inde Girbitana purpura, quam quæsiverrunt viri docti, nos invenimus.

#### GRUTERUS.

<sup>2</sup> Purpura Succubitana.] Pal. noster referit illud aliorum Sirlitana.

<sup>3</sup> Subarmale unum.] Pal. Subarmalem, ut aliquid rursus subintelligatur substantivi. sive iterum infra in Aureliano habebimus subarmalem profundum.

#### CASAUBONUS.

<sup>3</sup> Subarmale unum cum purpura Maura.] Jam exposuimus ad Aelianum Spartiani Severum.

#### SALMASIUS.

<sup>3</sup> Subarmale unum cum purpura Maura.] Subarmalem unum, scribit heic Palatinus. sic quoque infra legitur apud Vopiscum: subarmalem profundum. ubi nolim mutari in subarmale: quod doctissimo viro placebat. erit igitur, hic subarmalis, ut hic colobus, hic tyrrus: quæ sunt adjectiva vestium, pro vestibus ipsis usurpata, & genere malculo enuntiata, ut infra dicemus ad Vopisci Carinum. subarmalis autem fuit vestis genus pompabilis, ut ita dicam, & ostensionalis. dictus subarmalis quod sub armum rejiceretur. sic armilausa genus aliud vestis ab armis dictum, hoc est scapulis. quo monachi olim utebantur, quam Graci emulo vocant, quod scapulas contereret, non ut subarmalis sub armum rejiceretur. Isidorus armilausam, scapulare monachorum exponit in Glossis, quibus perperam scriptum est armilausa. vetus Scholiastes Juvenalis ad illud:

— viridem thoraca jubebit  
Preferrit. —

armis

pura Maura. <sup>1</sup> Notarium, quem refundat, unum: <sup>2</sup> stru-  
ctorem, quem refundat, unum. <sup>3</sup> Accubitalium Cypriorum  
paria

armilaſtam, inquit, prafinam, ut ſimile, ubi perperam corrigitur: aut ſimile, ſubarmalem vero eſte vestein Φανερωτην, & festivitatum tantum & pompa, vel hic locus indicat. postquam enim enumeravit Valerianus veftes ad quotidiam uſum, ut ſunt tunice ruffe, ſagochlamydes: ſeparatim heic ponit quæ ad pompam tantum ſunt, ut albam ſuſtericam cum purpura Girbitana, ſubarmalem cum purpura Maura, nam & albatos ſupra milites fuſſe vidimus in die pompa & triumphi. præterea ex iſtis veftes pompicis unam tantum, ut ſubarmalem unum, & albam unam, neque eas annuas, dari jubet princeps. quod & raro ſumantur ejusmodi veftes, & frequenti uſu non deterantur, ita ut una ſufficiere poſſit longo tempori. ex illis au- tem uſualibus, & quæ quotidie ha- bentur, duas annuas aſſignat: ex qui- bus liquido conſtar, albam & ſubar- malum fuſſe veftes non quotidianaſ, ſed dierum tantum ſollennium & feſti- vorum. idem Valerianus apud Vo- pſcum in brevi munerum, quæ in Aurelianum confeſſi voluit pro re- buſ bene geſti, ſubarmalem preſundum numerat cum tunicis ducalebus, toga pieta, tunica palmata, ſella eburata. quod etiani argumento eſt, non fuſſe veftem vulgarem, & quotidie ha- bendam. quemadmodum autem ſupra in quotidiana militum vefe tunicas ruffas & ſagochlamydes nominavit & junctim poſuit: ita plane hoc loco pomparem veftitum commemorans, albam ſuſtericam, & ſubarmalem preſundum conjunxit. nam ut in uſu quo- quotidiano ſagochlamydes ſupra tunicas ruffas accipiebant, ſic diebus festis & ſollennibus ſubarmales ſupra albas ſuſtericas ſumere conſueverant. alba igitur ſuſterica tunica erat, quod & iplum nomen ejus ſatis arguit: alba enim ἐλαιοπίκινη dicitur, & intelligi- tur tunica. ſubarmalis autem chlamys

vel byrrus qui fibula in humero con- neſtebatur, bracchioque dextro ex- cluso ſub armum deſcendebat. hinc ſubarmalis dictus, cum ſubauidiatuſ byrrus vel peplus. nam ſupra impe- ratorium peplum dixit.

## CASAUBONUS.

<sup>1</sup> Notarium quem refundat unum.] U- num eſcribis, aut ſervis publicis, qui magiſtratibus apparebant & ſcriben- do merebant, quæ illi dictarent no- tis excipientes.

<sup>2</sup> Stru-ctorem quem refundat unum.] Δασθεγη, & τεαπεζοντη, ut inter- pretatur Athenaeus libro quarto.

<sup>3</sup> Accubitalium Cypriorum paria dno.] Expoſuimus ad Lampridii He- liogabaluſ. ubi & de mantelibus Cypris diximus, quorum in vita Au- reliani habetur mentio. apparet fuſſe illa atate inſignes in iſula Cypro periſtromatum, tapetum, aliarumque rerum artifices, quarum eſt uſus in vita quotidiana.

## SALMASIUS.

<sup>3</sup> Accubitalium Cypriorum.] Accubi- talia ſunt toralia. cave putes cum do- ctiſſimo viro etiam mantelia eo no- mine venire. mantelibus enim mensa- sternebantur, accubitalibus accubita- hoc eſt tori in quibus ad mensam ve- teres accumbebant. Horatius:

— ne turpe toral, ne ſordida mappa

Corruget narēs.

Cypiorum mantelium mentio in- vita Aurelianī: non propterea tam- mantelia & accubitalia idem erunt. non ſolum mantelium mapparumque, & accubitalium, ſed etiam periſtromatum, velorumque varii ge- nericis & aulæorum artificio Cyprus olim iſula nobilitata eſt. Pollux: *αεὶ μὲν γένιταρι εἰπεῖ τεῦς θύεσις* *ῳδοπεζοσ μάρτυν σοι δεῖ. εἴτε αὐτὸν εἴν το διδαχπέπατομος λόγηγενθό-*

paria duo. <sup>1</sup> Interulas, puras duas: <sup>2</sup> fascias viriles duas: togam, quam refundat, unam. <sup>3</sup> Latum clavum, quem refundat, unum. <sup>4</sup> Venatores qui obsequantur, duos: carpentarium unum. <sup>5</sup> Curam prætorii unum. Aquarium unum.

υης, εἰπει τολύχεν, ἐφ' Ἀ' Εισοδίας αὐτοῦ.

Tὸ τῷ Δραπέταις Κύπειον τὸ πολιθον.

Cypriorum velorum ad eundem usum, quæ foribus scilicet obtenduntur, mentio, si bene memini, habetur in epistola quadam Epiphanius quam ex Græco vertit Hieronymus.

#### G R U T E R U S .

<sup>1</sup> Interulas puras duas.] Sic & Pal.

<sup>2</sup> Fascias viriles duas.] Nihil horum visitur in Pal.

<sup>5</sup> Curam prætorii unam.] Ita quoque Pal. neque quid mutandum.

#### C A S A U B O N U S .

<sup>1</sup> Interulas puras duas.] Numerum ex scripta lectione restituimus. puræ opponuntur prætextis purpura.

<sup>3</sup> Latum clavum q.] Tunicam cum lato clavo, sive laticlaviam.

<sup>4</sup> Venatores qui obsequantur duo.] Qui assidue eum comitentur. obsequium est comitatus principis aut alicujus megistanis, ut ante docuimus ad Petrinacis vitam. Cassiodorus libro vii. in formula curæ palatii: ut aurea virga decoratus inter obsequia numeroſa, ante pedes regios primus videaris incedere. & Anastasius in Pontificum vitis, in Zacharia: impensa que charitate ab eadem egressus ecclesia in ejus obsequium rex dimidium fere milliarium perrexit. mox: qui eidem sancto viro usque ad predictas civitates obsequium facerent. ibidem: Rex ei valefaciens cum digna ordinatione, eum regedandum absolvit: dans in obsequium ejus duces & primates suos. & ita ſæpe etiam in Codice.

<sup>5</sup> Curam prætorii unum.] Quemadmodum in aulis imperatorum & militia Palatina fuit, qui è re dicebatur Cura palatii, quod omnium fa-

bricarum principis curam gereret, ſicut docet formula apud Cassiodorum libro septimo: ſic in majorum magistratum comitatu fuit, qui dicebatur Cura prætorii: quod illa omnia curaret quæ ad prætorium ejus magistratus cui fuerat attributus pertinenter. ut operas pro operariis, ſic curam dixerunt pro eo qui curam fuſinet. Ovidius:

Tertius immunda cura fidelis aræ.  
Sic igitur & in Codice ſemper & apud alios Latinos scriptores, Cura palatii, non curator palatii, vocatur, qui hanc curam adminiftrat. inde vox Græcorum καρυονερα, frequens apud scriptores imperii Constantinopolitani. Placebat doctiflissimis vritis ſcribi hic, Curionem prætorii o. qui dicti ſint curiones ex his ipsis libris, Martiali, aliisque auctoribus notum eſt. Sed impene probatur nobis vulgata lectione.

#### S A L M A S I U S .

<sup>4</sup> Venatores qui obsequantur duo.] Id est qui obsequium præſtent, qui comitentur. & servi autem & amici ad obsequia. ſed amici anteibant, servi ſequabantur. hinc antecambulones, & antepedes amici obsequium facientes, dicebantur. servi autem pedissequi, à pedibus, ad pedes, circumpedes. Juvenalis de amicis:

— togati  
Antepedes. —

anteambulones apud Martialem paſſim. Agreuius de orthographia: circumpedes ſunt obsequia ſervorum, antepedes amicorum. Isidorus: antepedes, obsequia amicorum. corrigendum in hac voce

Cassiodorus in formula curæ palatii: illud quoque confidera, qua gratificatione tracteris, ut aurea virga decoratus, inter obsequia numeroſa, & antepedes regios primus videaris incedere. ſic enim locus

unum. Piscatorem unum. Dulciarium unum. <sup>1</sup> Ligni quotidiani pondo mille, si est copia: sin minus, quantum fuerit, & ubi fuerit: <sup>2</sup> coctilium quotidiana batilla quatuor.

ille debet legi, vulgo est: inter obsequia numerosa, ante pedes regios. hinc obsequia, servi. Anastasius de vitis pontificum, in Gregorio: hic dimisit per obsequia sua, ad omnem clerum rogam unam integrum. vulgo male scribitur, dimisit per obsequia sua, & ad omnem clericum. simile mendum est in Bonifacio in re simili: hic dimisit omni clero obsequia sua rogam integrum: lege, per obsequia sua. sensus utriusque loci est, Papam missae obsequia sua, quæ rogam unam omni clero distribuerent.

<sup>3</sup> Curam prætorii unum. ] Cura pro curatore. nec erat causa cur heic mutandum curarent doctissimi viri curam in curionem. sic supra ludos pro ludiis dictos observavimus, & prætram pro prætore. sic administrationem pro administratore. Spartanus & orationem pro oratore. & in epistola sequente ejusdem Valeriani ad Ablabium P. P. præfectura pro præfecto ponitur, & proconsulatus pro proconsule: tantum ei à nobis decretum salaryi, quantum habet Egypti præfectura: tantum vestrum quantum Proconsulatui Africano detulimus: tantum argenti quantum accipit curator Illyrici. sic matrimonia & conjugia pro conjugibus: testimonia pro testibus: servitia pro servis: regna pro regibus: spectacula pro spectatoribus: rationes pro rationalibus: operæ pro operariis. ita cura palatii, & cura prætorii, pro eo qui prætorium, & palantium curat. sic tamen etiam fieri potest hic cura pro curatore, à verbo curo: ut hic perdo, à verbo perdo, pro perditor: scriba à scribo qui scribit: subdica à subdico qui subdicit: confida à confido qui confidit. de quibus supra diximus. sic plane hic adjuba ab adjuvo, pro adjuvatore. unde subadjuba subadjutor. at cum operas ponunt pro operariis, non ita loqui solent, ut multis operas, aut unum operam dicant. cum igitur

heic dici videamus unum curam, omnimodis credendum est eadem plane forma factum esse hunc curam, pro curatore à verbo curo, ut adjuvam & subadjuvam pro adjutore & subadjutore, à juvo & adjuvo.

## CASA V BONVS

<sup>1</sup> Ligni quotidiani pondo mille, ] Etiam hodie in quibus locis lignum appenditur: ut apud Volcas Areconicos in inclita Mompelio, sive ut priores vocabant Montepessulano.

<sup>2</sup> Coctilium quotidiana batilla quatuor. ] De coctilibus ad Pertinacem dictum. Ulpianus lege CLXVII. De verborum significatione, appellat ligna cocta ne fumum faciant. vulgo vocabant acapna. Græci poëtae, ðeivæ & n̄ḡs̄ḡv̄o. Differunt coctilia à titionibus, & item à carbonibus, ut etiam Ulpianus docet ea lege. hic tamen pro carbonibus videtur accipi ea vox: aut non multum acapna differebant à carbonibus. nam brevia admodum fuisse, nec manu ut ligna, sed batillis tractari solita, ut carbones, hic locus declarat. batillus sive barillum est hama quæ igni admovetur. vulgo dicimus une pale à feu. Glossarii auctor per scribit, explicatque sic: Vatillum πυργίου. scribe πυργίου. Græci πυργίου appellant id quod diximus instrumentum: non ut falso viri eruditissimi putarunt falces messorias. neque enim est à πυργίο, sed à πύρ. Scribit Suidas non uno loco, πυργίου vulgo sua atate dictam, quæ antiquitus diceretur αἴμα. quid autem sit hama, melius discas ex Latinis jurisconsultis quam Græcis grammaticis. nam in lege tertia de officio præfetti vigilum, & alibi in Pandectis, hamæ ponuntur inter instrumenta quibus utebantur in extinguendis incendiis: quod etiam docet Juvenalis saty-

ra xiv. Sed istæ sparteolorum hamæ magnitudine, & fortasse etiam forma non nihil differebant à batillis focorum. Meminit batillorum Plinius libro xxxiiii. cap. viii. Argenti due differentie: batillus ferreis cudentibus ramento imposito, quod candidum permaneat probatur. & libri xxxiv. capite undecimo: Exuginis experimentum in batillo ferreo. Martellus empiricus cap. xxvii.

Spongiam, inquit, supra batillum torrebis, & diligenter torces. & mox: deinde super batillum cudentem defundes & coques. Apitius libro vii. cap. ix. Petaso cum elixatus fuerit, decarnabis, & armillam illius camenti batillo ures. & libro viii. jus concoloratum super batillum. Appellarunt etiam basillum foculi gestatis & ansati genus, quod pruna plenum principibus viris præferebant ad odores incendendos. multa alibi de hoc more notavimus. sic autem accipiens Horatii locus de Fundano scriba, qui immeritos honores sibi arrogabat.

Fundos Aufidio Lusco prætore libenter  
Linguimus, insani ridentes premia scriba,  
Prætextam & latum claram, prænæque  
batillum.

ad quem locum quæ notat Acro, unius assis non sunt. Abdias historiæ apostolicæ libro nono: Erant autem virgines cum lyris cantantes, alii cum tibiis, alii cum tympanis, alii cum batillis & thrububilis. Atque hi omnes batilli ferre erant: è ligno illi quorum in Rei rustica libris meminit Varro.

#### SALMASIUS.

<sup>2</sup> Coctilium batilla quattuor.] Scribendum: vatilla quattuor, non enim aliter hanc vocem scripserunt veteres: quod docet vetus interpres Horatii, qui vatillum diminutivum dicit esse à vase, quasi vas parvum, in quo odores incendebantur. in Glossis quoque, vatillum scribitur. Caper de verbis dubiis, in littera u: vatillum hoc. vates olim, vatios dicebant. hoc vatillum igitur secundum illum Grammaticum & dicendum & scribendum fuerit, non, hic batillus. Græcis est αὐλη. & sciri opor-

tet αὐλη res duas significare apud Græcos, & instrumentum fossorium, cui simile est & illud quod ad ignem paratum est, & vas tenenda aqua aptum. sicut plane & σκάφη & σκαφεῖον. nam σκάφη & αὐλη idem est. σκάφη autem & instrumentum, quo foditur designat, & vas aquarium, ut alveum, aut aliud quid. Græci postea ut distinguerent αὐλη quæ ad ignem ministrat, ab illa αὐλη, quæ fodendi est instrumentum: illam πυρόπουλον vocaverunt, hoc est αὐλη πυρός vel πυρός πυρός. hanc vero siverunt nomen habere quod prius. lapsu deinde temporis, ut omnia in pejus mutantur, & loquendi ratio pervertitur, πυρόπουλον etiam appellare coepérunt illud ἐργαλεῖον quod proprie αὐλη dicebatur, nec igni serviebat, sed fodinæ terræ erat aptum. Suidas: τὸ πυρόπουλον, αὐλη λέγεται ἡμεῖς σὸν ὄρθως. idem: ἀμηρούπουλον, οἱ ἡμεῖς πυρόπουλον λέγεμεν σὸν ὄρθως. vitiosissime legitur hodie apud Suidam, πυρόπουλον ἐργαλεῖον. Scholiares Aristophanis ad illud:

Ω's πόχες' αὔλας λαβόντες τῷ μηχανᾷ ηγούνται.  
αὔλας, inquit, τοῖς πυρόπουλοις ἐπιτίθεται περὶ αὐρούστεν. αὐλη igitur fossorium instrumentum: Pollici inter ριφρῶν οὐδεῖν, lib. x. recententur, σκαπτίν, σκαφεῖον, σκαλίς, κανίλη, αὐλη, αὐλην, δίκελα. & lib. i. inter ἐργαλεῖα ριφρῶν, δίκελα, αὐλη, μακέλη. quæ omnia sunt ad fodendum instrumenta. Isidorus inter instrumenta hortorum recentet, amam, lupum. ubi perperam amam accipiunt excellentes in his litteris viri, instrumentum restinguendo incendio, cujus apud jurisconsultos mentio. nam amam ibi est, instrumentum quo foditur hortus. quam Græci veteres αὐλη, recentiores πυρόπουλον appellant. cum id nomen esset proprium tantum ejus instrumenti, quod igni admovetur. πυρόπουλον igitur dico Græcis significat, sarculum aut ligo-

nem. vulgo dicimus, une pale defer, ou un lochet. ὄψης appellant Græci: Latini etiam upupam vel opopam appellariunt, quod verbum nunc primi lingue Latinæ restituimus. Glossæ veteres: obpopa, ὄψης. & otopopa, ὄψης. hinc intelligendus ille Plauti locus haec tenus nemini intellectus in Captivis, de servo in lapidicinas dato:

Nam ubi illo adveni, quasi patriciis pueris aut moneade, e,

Aut anates, aut coturnices dantur, qui cum lufsent,

Itidem hæc mihi advenienti upupa, qui me delectet data est.

ubi upupa non est malleus, ut stulte sunt interpretati, sed ὄψης, ut optime Glossarii auctor exponit; non ea quidem plane forma nec idem instrumentum cum ama. nam hæc ad terram fodendam, & latior, unde οὐαλίον τὸ πάτερ exponitur à Grammaticis: illa ad eruendos lapides, & acuta, & non male referens upupæ caput cum rostro. nobis est, un pic. nomen tamen etiam upupæ vel opopæ vulgo retinemus: nam hœc vocamus instrumentum illud ὄψην, ut cucubam, quæ est noctua, chouæ, appellamus. sic upupam vel opopam lapidicinis reddidimus. hæc una est ex significationibus verbi πυργίαν, eaque, ut dixi, impropria: nam propria est cum vatillum significat, tunc enim est ἀπόν πυργία. hoc est, ut vulgo loquimur, une pale à feu. videntur tamen Latini in eo Græcos imitari, ut vatillum non tantum id appellant, quod igni servit, instrumentum, sed etiam aliud genus, quo colligitur stercus ac tollitur. hac enim notione apud Varronem accigitur libro tertio cap. vi. utrumque locum purum esse volunt hæc volvères, itaque pastorem earum cum vatillo circumire oportet, ac sterco tollere & conservare. ubi vatillum non est foci, sed alterius generis instrumentum, quam palam vulgo vocamus, sive ferrea sit, sive lignea, tollendo colligendoque sterco, & alii rei cuilibet, aptam. sic appetat & Græcos voce πυργίαν, & Latinos, vatill, & Italos sua badile, quod à ba-

tillo deductum est, non usos tantum esse, ad exprimendum focarium illud notum instrumentum, sed etiam ad alia illa quæ posuimus. Quod autem dicit vir doctissimus, melius nos doceri à Latinis jurisconsultis, quam à Græcis Grammaticis, quid sit hamæ: nos quidem satis docuimus ex illis Grammaticis quid esset hamæ: ipse vero magno errori sepe obnoxium ostendit, dum putavit hamas illas restinguendis incendiis factas & paratas, differre tantum magnitudine à vatillis focorum. nihil enim simile. hamæ, de quibus diximus supra, sunt aut fossoria aut focaria: & nihil differunt inter se nisi magnitudine, aut fortasse etiam aliquantulum forma. illæ autem hamæ quarum in restinguendis incendiis usus, sunt vasæ ampla, ad continendam aquam, quæ si phonibus inde hauriebatur & exprimebatur ad restinguendum ignem. ideo sipones & hamas junctim posuit Plinius: nullus in publico sipto, nulla hamæ. Et locus enim est obvius, & jam à multis citatus. habebantur igitur hamæ aqua plenæ, & sipones juxta parati, in publico positi, ideoque dispositas hamas dixit Juvenalis, quæ cum aqua semper in publico stabant. Scholia Juvenalis ad locum: per translationem disciplinæ militaris Spartolorum Romæ quorum cohortes in tutelam urbis cum hamis, & cum aqua vigilias curare consueverunt vicinis. notabis illa verba, cum hamis & cum aqua: id est cum hamis aquaplenis. hamæ igitur vas aquarium, & Græcis quoque αὐν. Hesych. ἀπὸ στῆθου σκούπος, η σκάφη εἰς λιβαδίαντα ἐχίφων πόδες τοῦ τολύνειν. alibi σκάφη & ὁ φοτωλύνειν interpretatur. linrem ergo aut alteum significat. αὐν vas esse aquarium nihil melius ostendat, quam c. jus diminutivum, αὐτις. Caro de rustica cap. cxxv. hamas cum urnis, cum urceis nominat: hamæ, urnæ olearia, urcei aquarisi, urnæ vinariae, alia vasæ abenea Capua. amarum argentearum, singulis fere paginis, mentio est apud Anastasium, inter scyphos, patenas

*tuor. Balneatorem unum, & ad balneas ligna: si minimus, lavetur in publico. Nam cetera quae propter minutias suas scribi nequeunt, pro moderatione praestabis, sed ita*

*& calices. unum aut alterum locum ex multis afferam. in Sylvestri vita: scyphos argenteos duos pensam. singulos libras decem: calices ministeriales xv. pensam. sing. lib. duas. amas argenteas duas pensam. sing. libras quindecim. in eadem vita: aureas duas amas pensantes singulas libras xi. & ita fere semper hoc ordine enumerat, patenas, scyphos, calices, amas. & sciendum est, amas melius scribi, quam cum aspiratione hamas: nam Graci à filio dicunt.*

## CASAUBONUS.

*I Sed ita ut nihil adderetur.] Oratio, ut vides, ἵσσοντοις ζεῖ. Lego, ita ut nihil aderetur. præcipit imperator dari superiores species ipsas, non earum pretium in ære: quod illa ætas vocavit aderare. Graci jurisconsulti vertunt ἀπαρχνείζεις, ut eruditissimus Cujacius observat. Paullo aliter Glossarii auctor: Aderat. ἐξαρχνείζεις, δημοχαλκός. Frequens vox in utroque Codice. hinc annonæ ararie dictæ, quæ aderatae in pretiis exhibebantur: ut docet lex xv. Cod. De rogatione militaris annonæ.*

## SALMASIUS.

*I Sed ita ut nihil adderetur.] Pal. sed ita ut nihil aderet. quod verum est, ita enim scribebant: es, adero, eratus, era. Glossa: aderat, ἐξαρχνείζεις. ita quidem scriptum in editione H. Stephani. sed ex serie literarum appetat auctorem Glossarii scripsisse, Aderat: Ad deprecandum. Aderat. Ad exitum perducunt. Adeptus est. item in aliis Glossis: ἐξαρχνείζεις, adero. ἐξαρχνείζεις, aderatio. ἀπαρχνείζεις, aderatio. quod Graci ἀπαρχνείζεις, nos vulgo argentare dicimus, id Latinis est, aderare. Graci quoque δημοχαλκός. Glossa: Aderat. ἐξαρχνείζεις.*

*τε, δημοχαλκός. illis enim χαλκός etiam pro argento sumitur. unde ἀχαλκός, pauperes & male nummati, & ἀχαλκέιν, nummorum penuria laborare. in epigrammate:*

*----- εἰ τούς ἀχαλκέας,  
Μηκέπι πεντάτω, θεῖς τοῦ χαλκά-  
ειον.*

*Pollux: οὐ δὲ τοῦ πολλῶν καὶ ιδιωτῶν χρῆσις τὸ χαλκὸν δέργειον λέγει, οἷον τοῦ ἔχοντος ὁ φείλαν χαλκόν, apud Alexandrinos χάλκινα vocabantur, argentei nummi. Suidas in Etymologico nondum edito, χαλ-  
κός, δέργεια τετυπωμένα. διὸ τῷ ποιήσαντος τοῦ δέργεια χαλκοῦ καλεῖνται. ex codem hoc igitur vulgariter loquentium usu, χαλκόν argentum appellarunt. unde δέ χαλκός bene nummatus. in optimo Glossario: præfens, ἐπιφανής καὶ παράνηδες χαλκός. quæ verba noratu dignissima sunt. præfens est, qui multum habet in numerato, & præsenti pecunia potest solvere: quod nescio anlibi inveniatur hoc sensu. fallitur vir eruditissimus, qui mutandum putat, δέ χαλκός in σαλκής. nam is δέ χαλκός dicitur, qui magnam vim habeat pecunia numerata, qui & præfens Latinis per quam eleganter appellatur. ita enim Graci παράνηδες vocant substantiam. Hesychius: παράνηδες, κατὰς ἐναλεγον τὸ ἀπαρχνείζεις παράνηδες, καὶ μετονομασθεὶς παράληδες. Mercurius: οὐδεὶς ut χαλκός igitur pro argento, sic δημοχαλκός, εἰντιτείη ἀπαρχνείζεις. adverbum aderare Latinis. aderatio est taxatio vel estimatio rei. Glossa: aderatio. ἐξαρχνείζεις. exdem Glossa: estimatum, τιὸν οὐσίαν. οὐ τοι ἐξαρχνείζεις. οὐ τοι Διαρχημόν. & nota tibi οὐσίαν ita Græcē dici, ut confectum dixit Aegilius*

ita <sup>1</sup>ut nihil aderetur. Et si alicubi aliquid defuerit,  
<sup>2</sup>non praestetur, <sup>3</sup>nec in nummo exigatur. Hec autem om-  
nia idcirco <sup>4</sup>specialiter non quasi tribuno, sed quasi duci  
detuli, quia vir talis est ut ei plura etiam deferenda sint.  
Item ex epistola ejusdem alia inter cætera ad Abla- 15  
vium Murænam præfectum prætorii. *Define autem*  
*conqueri quod adhuc Claudius est tribunus, <sup>5</sup>nec exercitus*  
*ducem*

gellius lib. xix. cap. x. ostendebantque  
depictas in membranulis variæ species bal-  
nearum, ex quibus cum elegisset unam for-  
man, speciemque, interrogavit quantus ef-  
set pecunie conspectus ad totum opus absolu-  
endum. pecunie conspectus est *Δεξι-  
μονος*, & summa pecunia, qua erat  
opus, ad earum balnearum absor-  
tionem. sic Græci *σύρφας* appellant.  
Glossæ: *σύρφας*, taxatio.

## GRUTERUS.

1 Ut nihil adderetur.] Pal. aderet. for-  
san aderet.

2 Non praestetur nec in nummo exiga-  
tur.] Sic nullo apice minus Palati-  
nus noster. vulgati, non pretium nec in  
minimo exigatur.

3 Nec exercitus ducem loco accipit.]  
Fortassis, nec exercitus ducenti locum ac-  
cipit.

## CASAVBONVS.

2 Non praestetur, nec in minimo exiga-  
tur.] Neque hæc possunt exponi, fal-  
tem non inepte: sed scribendum,  
non praestetur, nec in nummo exigatur. præ-  
stetur scriplimus ex librîs, non pre-  
tium.

4 Specialiter non quasi tribuno, sed quasi  
duci.] Id est ultra ordinis sui gradum.  
quem honorem habitum virtuti ab  
imperatoribus Ro. plures horum scrip-  
torum loci testantur.

5 Nec exercitus ducem loco accipit.]  
Corruptus locus. melius scribas: nec  
exercitus ducentos accipit.

## SALMASIUS.

3 Nec in minimo exigitur.] Nec in  
nummo exigitur. ita Pal. & viderunt  
jam docti viri ita legendum,

5 Nec exercitus ducem loco accipit.]  
Leviter corruptus locus. scribendum:  
define autem conqueri quod adhuc Claudius  
est Tribunus, nec exercitus ducem è loco ac-  
cipit. è loco, id est statim & illoco. que-  
rebantur quod nimis diu maneret  
Tribunus, nec illi repræsentaretur  
ducatus. ita Vopiscus in Aureliano:  
& quin illum Carpican senatus absentem  
vocasset, mandasse è loco fertur, Superest P.  
C. ut me Carpicalum vocetis. sic enim  
scriptum exhibet optimus Palatinus.  
vulgo est illoco. quod & ipsum rectum  
est. sed illud etiam quod posui, bonis  
auctoribus usurpatum, è loco pro sta-  
tim & continuo: significatio enim  
loci, brevitatem temporis notat. sic  
Plautus in Truculento, ex loco dixit:  
Ego iſi non munus mittam? jam modo ex  
loco

Jubebo ad istam quinque perserri minas-  
ex loco, vel è loco est, quod Græci di-  
cunt, αὐτόθεν. è loco mittam, οὐτόθεν  
πέριψω. unde αὐτόθιν καλεῖται,  
è loco solvere. hoc est præsenti pecunia.  
mihi tamen nunc magis placet nihil  
mutari: potest enim videri dixisse  
ducem loco, pro dignitate ducem, qui du-  
cis locum haberet. sic principis locum su-  
pra dixit. Spartianus in Vero princi-  
pem locum. idem alibi, Angustum locum.  
Ammiano locus principalis. Trebellius  
supra in Macriano: arripe igitur locum  
meritis tuis debitum. sic militares loci,  
sunt militares dignitates apud Spar-  
tianum. Glossæ: loci, ἀξίας. ut ducent  
loco dixit hic Trebellius qui ducis dig-  
nitatem & locum teneret, sic priva-  
tum loci Tertull. de Octavio Cæsare  
adhuc privato, & nondum principem  
locum

ducem loco accipit: <sup>1</sup> unde etiam senatum & populum conqueri jactabas. dux factus est, & dux totius Illyrici. <sup>2</sup> habet in potestatem Thracias, <sup>3</sup> Mœsias, Dalmatas, Pannonias, Dacos exercitus: vir ille summus nostro quoque judicio <sup>4</sup> speret consulatum, si ejus animo accommodum est, quando voluerit, accipiat prætorianam, accipiat præfecturam. Sane scias tantum ei à nobis decretum salarii <sup>5</sup> quantum habet Ægypti præfectura: tantum vestium quantum proconsulatu Africano detulimus: tantum argenti quantum accipit <sup>6</sup> curator Illyrici Metatius: tan-

locum obtinente, lib. de anima: reformatorem imperii, puerulum eaduic & privatum loci & Julium Octavianum tantum & sibi ignotum M. Tullius jam & Augustum & civilium turbisum sepulorem de somnio norat.

<sup>1</sup> Unde etiam senatum & populum conqueri jactabas.] Observabis hoc loco, unde pro de quo: unde conqueri jactabas, pro de quo conqueri jactabas senatum & populum. quod genus loquendi mihi in citimæ vetustatis scriptoribus observatum, non tam antiquum putabam. Jordanes de rebus Geticis: in Scaria vero insula, unde nobis sermo est, licet varia ac diverse maneant nationes. pro, in insula de quo loquimur. idem paulo post: juxta Mæotidem paludem commanentes præfati, unde loquimur. id est, de quibus loquimur. eodem libro: quod nos idcirco hunc opusculo de Symmachii historia mutuavimus, quatenus gentem, unde agimus, ad regni Romanifastigium usque venisse doceamus. item: sed nobis quid opus est, unde res non exigit, dicere? Gallice dicemus, Q' avons-nous affaire de parler de ce dont il n'est pas besoin? nam illud nostrum dont ex Latino unde factum est. ille unde loquimur: celuy dont nous parlons, ita eriam multis locis Servius loquitur, & alii illorum temporum scriptores.

<sup>2</sup> Habet in potestatem Thracias, Mœsias, Dalmatas, Pannonias, Dacos exercitus.] Vet. ed. quæ nobis vicem scripti codicis multis locis exhibuit, le-

git: Mysos, Dalmatas. omnino scribendum, habet in potestatem Thracias, Mysos, Dalmatas, Pannonias, Dacos exercitus.

#### GRUTERUS.

<sup>3</sup> Mœsias, Dalmatas.] Pal. Mysos.  
<sup>6</sup> Curator Illyrici Metatius.] Palat. Mettarius. forte Mettarius.

#### SALMASIUS.

<sup>4</sup> Speret consulatum, si ejus animo accommodum est, quando voluerit, accipiat prætorianam, accipiat præfecturam.] Hæc vitiose distincta sunt, coque sensum non liquidum edunt, quem eliquabis, si legas & distinguas: vir ille summus, nostro quoque judicio speret consulatum: & si ejus animo accommodum est, quando voluerit, prætorianam accipiat præfecturam. sic partim libris adjuti, partim vero conjectura ducti emendavimus. accipiat quod bis legebatur, semel tantum legi voluimus. reliqua ex fide codicis Palatini posuimus.

<sup>5</sup> Quantum habet Ægypti præfectura.] Hoc est, præfector Ægypti. & sequitur: Proconsulatu Africano. id est, Proconsuli Africano. vide quæ supra diximus de cura prætorii.

<sup>6</sup> Curator Illyrici Metatius.] Mettii nulli mihi lesti, & nescio an sit hoc nomen Romanum. at magis dubitem de ejus veritate, facit optimus liber in quo scribitur, Mettarius. inde prima editio, Medarius. forte legendum

tum ministeriorum quantum nos ipsi nobis per singulas  
quasque decernimus civitates: ut intelligant omnes quæ sit  
nostra de viro tali sententia. Item epistola Decii de eo- 16  
dem Claudio, Decius Messala præsidi Achaiae salutem.  
inter cætera, Tribunum vero Claudium, optimum juve-  
nem, fortissimum militem, constantissimum civem, castris,  
senatui & Reip. necessarium, in Thermopylas ire præcepi-  
mus: mandata eidem cura Peloponnesium, scientes ne-  
minem melius omnia quæ injungimus, esse curaturum.  
¶ Huic <sup>2</sup> ex regione Dardania dabis milites ducentos, <sup>3</sup> ex  
cataphractariis centum, <sup>4</sup> ex equitibus c. & sexaginta,  
ex sagittariis Creticis sexaginta, ex tyronibus bene arma-  
tos mille. Nam bene illi novi creduntur exercitus. Ne-  
que enim illo quisquam devotior, fortior, gravior inveni-  
tur. Item epistola Gallieni, quum nuntiatum esset 17  
per frumentarios Claudium irasci quod ille mollius  
viveret: <sup>5</sup> Nihil me gravius accepit <sup>6</sup> quam quod notoria

tua

dum ex Pal. Metianus. nam suspicor  
fuisse scriptum Metianus pro Metianus,  
lpro i, quod non raro in libris occur-  
rit. Meiani autem multi in re Ro-  
mana.

I. Huic ex regione Dardania milites  
dabis ducentos. ] Ex regione Dardanica.  
Pal.

3 Ex cataphractariis centum: ex e-  
quitibus c. & sexaginta. ] Separat cata-  
phractarios ab equitibus. an non et-  
iam cataphractarii equites? Vopiscus  
in Aureliano: habes legionem terram  
Felicem, & equites cataphractarios. fuit  
igitur cum legerem hoc loco: ex ca-  
taphractariis equitibus centum & sexa-  
ginta. quam conjecturam videtur  
adjuvare Palatinus in quo est, ex equi-  
tibus sexaginta. præstat tamen nihil  
mutari. nam in vita Alexandri, e-  
quites separatis memorantur à ca-  
taphractariis: ubi Alexander refert,  
se bello Persico, centum & viginti mil-  
lia equitum fidisse, & cataphractarios  
decem millia intermississe. erant equites,  
non cataphractarii. neque sequimur

viros doctos qui hoc loco, cataphra-  
ctarios milites, non equites accipiunt.  
cataphractarii enim alii nulli nisi e-  
quites. et si non sim nescius cataphra-  
ctos pedites Livio memorari. sed de  
estate Claudii loquimur. an quia ca-  
taphractarios heic equites non nomi-  
nat, pro cataphractariis peditibus eos  
accipiemus? πολλας γε καὶ δεῖ. nam  
& in Alexandro Spartanus cataphra-  
ctarios vocat, nec addit equites, & ta-  
men de equitibus necessario intelli-  
gendum est.

## GRVTERVS.

2 Ex regione Dardania. ] Pal. Day-  
danica.

4 Ex equitibus centum & sexaginta. ]  
Pal. non agnoscit illud centum &.

6 Notoria tua. ] Pal. notaria.

## CASaubonus.

5 Nihil me gravius accepit. ] Nova lo-  
cutio, pro affectu. nam dicimus: Ci-  
cero hoc graviter accepit. non autem, hoc  
graviter accepit Ciceronem.

5. Nihil

tua intimasti, Claudium parentem amicumque nostrum insinusatis sibi falsis plerisque graviter irasci. Quae si igitur, mi Venuste, si mihi fidem exhibes, ut eum facias à Grato & Herenniano placari, nescientibus hoc<sup>2</sup> militibus

## SALMASIUS.

5 Nihil me gravius accepit.] Novum quidem locutionis genus, nam debuit dicere, nihil gravius accepi. sed illius tamen locutionis ratio non est obscura. dicitur enim Latine, bene aut male quis accipi, & accipi conviro, accipicibo, & accipi aliquo munere: ut Vopiscus, cum ante a rectis purpureis accepti essent: id est, donati. Fulgentius de continentia Virgiliana: dehinc cum septem navibus erudit. cibo in littore accipitur. & paulo post: poshæc cena acceptus, sono citharae mulcetur. sic Gallienus hoc loco dicit, graviter se acceptum illo nuntio, quo cognovit sibi irasci Claudium.

6 Quam quod notoria tua intimasti.] Palatinus, notaria. ita sane scribebant multi: notariam pro notoria. nec tamen notariam, à nota vel notis dictam brevem & compendiariam scriptiōnem fuisse accipimus, quemadmodum existimavit princeps hujus etatatis jurisconsultorum. nec enim notoria à notis, hoc est compendiis illis litterarum, à quibus notarii dicti: sed est, quo refertur aliquid ad principem, & ejus notitia suggestur. Graciā θρόνῳ dicunt. Glossa nostra: notaria, θρόνῳ. fefellit doctissimum virum authorum usurpatio qui notariam pro notoria, non raro nominant. sic enim Apuleio dicitur, sic aliis, & ita hoc loco in optimo libro scriptum offendimus. sic potiam ampullam legi in vetustissimo codice Martialis, ubi est vulgo: ampulla potatoria. & in epistola Alexandri ad Aristotelem manuscripta, quam mihi commodavit optimus & doctissimus Juretus: multa gemmea & crystallina potaria fuerunt. legitur in vulgatis, vase potatoria. potaria vasa, pro potoriis. pultarium vocat Celsus genus vasis,

quod aliis pultorium vocatur. ita & notarium pro notorio dicebant. notoria autem & noticia idem.

## CASAUBONUS.

6 Quod notoria tua intimasti.] Epistola qua aliquid principi aut magistratui notum fit, notoria dicitur in Digestis & Codice, ac scriptoribus mediae Latinitatis.

## SALMASIUS.

1 Nescientibus hoc militibus Dacianis, qui jam senviunt, ne graviter ferant.] Nolebat hoc scire milites Dacianos Gallienus, ne graviter ferrent, qui jam senviebant. at debuit aliud gravius & asperius timere in militibus jam senvientibus, quam, ne graviter ferrent. latens vitium prodit Palatinus ita scribens: ne graviter res erunt. quam scripturam invenisse videtur in suis libris Bonus Accursius Pisanus primæ editionis auctor: atque is edendum curavit, ne graviter referantur. quod quid sit, vix assequor. ego ex vestigiis optimi libri, optime emendo: ne graviter res erumpat. aut etiam, quod melius censeo: nescientibus hoc militibus Dacianis, qui jam senviunt, ne graviores erumpant. & recte timebat Gallienus, ne si hoc rescirent milites, qui jam senviebant, graviores erumperent, hoc est magis senvirent, & minas suas ad effectum perducerent.

2 Militibus Dacianis.] Falsa est hæc scriptura. nam qua ratione Daciani dicantur? legebam: Dacianis. Dacus, Dacicus, Dacianus: ut Germanus, Germanicus, Germanianus: unde Germanianici exercitus: sic Dacianici milites. Palatinus habet: Dacianis. quæ scriptura etiam recta est.

Daci,

*bus* <sup>1</sup> *Dacisianis*, qui jam sœviunt, <sup>2</sup> ne graviter ferant.  
Ipse ad eum dona misi: <sup>3</sup> quæ ut libenter accipiat tu facias.  
Curandum prætereæ est <sup>4</sup> ne me hoc scire intelligat, ac sibi  
succensere judicet, & pro necessitate ultimum consilium  
capiat. Misi autem ad eum pateras gemmatas trilibres  
duas. *Scyphos aureos, gemmatos trilibres duos:* <sup>5</sup> discum  
corym-

*Daci, Dacisi, Dacisciani, ut Thracisci,  
Humisci, Syrisci, Carpisci. qua forma  
populorum nomina efferre tunc so-  
lebant, de qua nos supra diximus.*

## GRUTERUS.

<sup>1</sup> *Dacisianis.*] Pal. *Daciscianis.*  
<sup>2</sup> *Ne graviter ferant.*] Pal. *ne gravi-  
ter referum.*

<sup>3</sup> *Quæ ut libenter accipiat, tu facias.*] Vulgati *facias. sed venustius longe, tu  
facies, quod est à Palatino.*

## SALMASIUS.

<sup>3</sup> *Quæ ut libenter accipiat, tu facias.*] *Tu facies.* idem Pal.

<sup>4</sup> *Ne me hoc scire intelligat, ac sibi suc-  
censere judicet.*] Idem cum editione  
prima: *ac visus censere judicet. pro, ac  
sibi succensere judicet. nam nihil aliud  
latet. succensere scribebant pro succen-  
sere. & cur non ita nunc scribimus?* qui  
minus enim quam *suscipere, su-  
scitare, & similia?* *Glossæ veteres: su-  
censet, καὶ Καρπεῖν* <sup>2</sup> *), αἰτᾶται, μυηο-  
γεῖται.*

## CASAUBONUS.

<sup>5</sup> *Discum corymbiatum argenteum l.*] Ab argumento quod artifex calatura  
expresserat cognomen accipiunt, &  
discus hic corymbatus, & lanx pam-  
pinata, & patina hederata, & illa a-  
pud M. Tullium patera filicata. co-  
rymbata opera hederarum racemos,  
qui corymbi vocantur, exprimebant.  
Poculi pampinati, hederati & corym-  
biati meminit Virgilius in tertia ec-  
loga.

## SALMASIUS.

<sup>5</sup> *Discum corymbiatum.*] Si à corym-  
bo, cur non corymbatus potius hic di-

scus, ut pampinata lanx à pampino, ut  
hederata patina ab hedera? deinde quis  
non credat hederatam patinam, he-  
deræ quoque corymbos & racemos  
habuisse? unde corymbiferum Bac-  
chum poëtae appellant, quod hedera  
coronetur. corymbiatus igitur discus  
non à corymbo, sed à corymbio dictus.  
*corymbium* est suggestus crinum mu-  
liebrium in speciem corymbi vel ra-  
cemi contextus. Perronius: *ancilla  
Tryphenæ Gytona in partem navis inferio-  
rem ducit, corymbioque dominae pueri ador-  
nat caput. & paulo post: sed huic tri-  
stitia eadem illa succurrit ancilla, evoca-  
tumque me non minus decoro exornavit ca-  
pillum: immo commendatior vultus  
enituit, quia flavum corymbion erat. ita  
lego locum illum Petronii, toties à  
tam multis tentatum. vulgo est fla-  
vorum corymbion. corum enim repetitum  
ex initio sequentis vocabuli. prius  
enim scriptrum erat, *corymbion*. sic  
apud eundem, que sola Salamandra super-  
cilia tua excusit. eodem genere heic  
peccatum est: cum scribendum sit: que  
Salamandra supercilia tua excusit? sola  
perperam repetitum ex sequentis  
vocis principio. *corymbion* igitur tu-  
tulus & meta crinum, sic vocatum, à  
corymbi vel racemi similitudine,  
quem alio nomine *botronatum* dixerat,  
ut superiore aestate notabamus ad  
Tertulliani pallium. quæ quidem  
vox legitur apud eundem Tertullia-  
num & Cyprianum, sed doctissimi  
interpretibus non intellecta est. *bo-  
tronum* & *botronem* Latini racemum di-  
xere, ex Græca voce *βότρυς*. *βότρυς*  
autem Græci appellant ejusmodi  
crinum cumulatas in altum compo-  
sitiones. unde *βότρυς εἴθειρης* in epi-  
gram-*

corymbiatum argenteum librarum viginti. Lancem  
argenteam pampinatam librarum triginta. <sup>1</sup> Pati-  
nam argenteam <sup>2</sup> hederatam librarum xx. & iii.  
<sup>3</sup> Boletar halieuticum argenteum librarum xx. <sup>4</sup> Urceos  
duos

grammate Græco. à botrone igitur bo-  
tronatus: quod idem est cum corym-  
bio. à corymbio, corymbiatus discus for-  
tasse appellatus, in quo corymbia  
illa mulierum, & crinium structura,  
cælatura erant expressæ. variis enim  
argumentis, in cælandis vasis lusit  
veterum luxuria: ut paulo post halieu-  
ticon boletar, in quo expressa cælo fe-  
rebatur piscatoris vel piscaturæ spe-  
cies. est & corymbion, genus herbæ  
coronariæ quam alio nomine λυχνί-  
δα Græci appellant, quam inter  
σεφανωματικά recenset Dioscorides. in Græcis legimus eam ηρπύμειον  
ab aliis dici. quod si verum est, ne-  
mini potest esse dubium quin corym-  
biatus discus ab illa corymbio nomen  
accepit: sicut filicata patera à filice,  
que ad filicis herba speciem erat cæ-  
jata. ita corymbiatus discus, ad corym-  
bii vel lychnidis. fingat quicunque  
quod voluerit, non poterit efficere,  
ut corymbiatus à corymbis hederæ sit  
denominatus: nam corymbatus dici  
deberet à corymbo, ut pampinatus à  
pampino. nec enim hederæ racemos  
corymbium dicitur, sed corymbus.  
nolim tamen illis adversari qui ab  
hederæ corymbis corymbiatum di-  
scum, cognominatum volunt, præ-  
sertim cum sequatur pampinata lanx,  
& hederata patina. sed hederata patina  
videtur habuisse tantum folia hederæ  
cælo expressa; corymbiatus autem  
discus, corymbos id est uvas hederæ.  
inter hederæ species ηρπύμειος κι-  
τρὸς Theophrasto recensetur, &  
describitur ὁ αἰδόν τὴν πυκνὸν τὴν σωματι-  
κήν τὴν ηρπόν εἶχον ηρθάπειρος εἰς  
σφαῖραν. ab illa corymbia hedera  
fortasse corymbiatus dictus hic di-  
scus.

<sup>1</sup> Patinam argenteam hederatam.] Pal.

& vetus editio, patenam, raro aliter  
scriprum reperias in libris vetustis.  
patina in veteri Glossario scribitur.  
sed ex serie & ordine litterarum pa-  
tet auctorem Glossarum patenam po-  
suisse, ubi hodie patina in editionibus  
legitur. sic enim ordo est; patescit,  
patene, paternum: & paulo infra, pa-  
tera, patescit, patena. atque ita etiam  
scriptum est in codice magna veter-  
statis, qui in Bibliotheca est P. Pu-  
teani.

<sup>2</sup> Hederatam. ] Palat. hederatam.  
vetus etiam editio, hederatam. sed  
hederatam retinemus, ut pampinatam  
lancem, & pateram filicatam.

#### G R V T E R V S.

<sup>1</sup> Patinam argenteam hederatam.] Pal.  
Patenam arg. hedraciam.

<sup>3</sup> Boletar halieuticum argenteum, &c.]  
Pal. Voletar aliæticum argenteum. ut ni-  
hil sit vero similius conjectura Sca-  
ligeri, bolitera halieuticum.

#### C A S A U B O N U S.

<sup>3</sup> Voletar halieuticum argenteum, libra-  
rum xx. ] Hæc omnia defunt in re-  
gio. Ex veteribus editionibus scribo  
cum Scaligero, boleteria halieuticum. &  
instrumentum aliquod pescationi  
aptum intelligo. boleter, βολητή,  
nova dictio, & Græcis, opinor, in-  
cognita: ut alia nonnulla quæ apud  
Latinos solum scriptores leguntur.  
boleteria Martialis & Apitii nihil hoc  
pertinent.

#### S A L M A S I V S.

<sup>3</sup> Voletar halieuticum argenteum libra-  
rum xx. ] Hic est locus in quo emen-  
dando multum se torserunt viri do-  
ctissimi, & nihil profecerunt. nam de  
piscatorio aliquo instrumento hac  
accipere velle quam ridiculum est?

ad

ad quam rem piscandi instrumentum duci missum est deinde, quod maioriis est momenti, quodnam instrumentum pescationi apud, fieri potest ex viginti libris argenti? nusquam didici utensilia quibus utuntur pescatores argentea fuisse, aut ullum usum esse argenti in pescatoria. vasis igitur heic aliquod genus reponi debere, & praecedentia, & quæ sequuntur satis declarant. nec diu fuit indulgendum divinationibus: veteres enim editiones hoc radio nos levavunt, quæ volesar preferunt. legendum boletar. quod est genus vas ex Martiale notum. cuius item mentio est apud Apicum. vetus epigramma:

*Comptas nolo dapes, vacuum mibi pone boletar.*

*Quod placet aspiciam. renuo quod saturat.*

Scholia Juvenalis ad illud:

*cui cedere debeat omnis*

*Pergula.*  
coquina, inquit, qua boletaria ponuntur. boletar igitur genus lancis aut disci. nunc restat quareendum, quare halieuticum appelleatur. nec possumus heic de mendo suspicari. nam libri ita omnes retinent. nisi quod Palatinus absque aspiratione legit, alienicum. conjectura ductus ex iis quæ præcesserunt, opinor halieuticum boletar appellari, quod haberet pescatorem cælatura expressum. qui poterit me docere, aliter exponendum esse hoc loco *ἀλισσῆς*, quam quomodo diximus, rem magnam & arduam præstabit. hederae patinam vocavit, nam ita veteres, in qua hedera cælata ostendebatur. ita heic halieuticon boletar, in quo cælo factus erat *ἀλισσῆς* id est pescator. sic plane apud Theocritum in poculo pescator expressus haberur, & cælo effigiatus:

*Toῖς δὲ μέτα, γεπάδες τε γέρας, πέτρα πετυκται*

*Λεπτός, ἐφ' ἀποδούλων. μέγα δίκτυον ἐβόλοι ἔλκη*

*Οὐ πέσθεντος, κοινωνοὶ τε καρποφόροι  
ἄνθροι έπικάροι.*

Tom. II.

quæ ad hunc locum mirifice faciunt, argumenti similitudine. sic verus exstat epigramma de Galatea in vase:

*Fulget, & in patena ludit pulcherrima*

*Nais,*

*Prandentum inflammans ora decore suo.*

legitur ibidem eadem Galatea in boletari picta:

*Ludere sueta vadis privato nympha natatu*

*tu*

*Exornat mensas membra venusta mo-*

*vens.*

*Comptas nolo dapes, vacuum mibi pone*

*boletar.*

*Quod placet aspiciam. renuo quod sa-*

*turat.*

quod epigramma ex vetusto codice sic restituimus ea parte qua laborabat. in illo boletari *Nais* erat picta, in isto Gallieni pescator. unde *ἀλισσῆς* appellavit ab argumento cælaturæ. boletar autem, ut omnes norunt, cum sic antea diceretur quod in eo boleti tantum apponentur. postea cibis omne genus sustinendis serviit, & pro quolibet escario vase usurpari caput est. notum est illud Martialis distichon de boletari.

*Cum mibi boleti dederint tam nobile no-*

*men,*

*Prototomis, pudet heu, servio caulinidis-*

*sic apalare vel apalar, & per contra-*

*ctionem aplare, quod ab ovis hapa-*

*lis nomen habuit, non ovis tantum,*

*sed etiam aliis quibuslibet obsoniis*

*capiendi aptum erat. Ausonius:*

*Iam patinas implebo meas, ut parcior*

*ille*

*Majorum mensis apalaria succus inundet.*

*Isidorus: apalare, cochlear. ita enim*

*legendum. sic etiam cochleare, &*

*ad ova non minus quam ad cochleas*

*habebatur. Martialis:*

*Sum cochleis habilis, sed nec minus utilis*

*ovis:*

*Nunquid scis petius cur cochleare vo-*

*cer?*

*orum hapalorum mentio apud Mar-*

*cellum Empiricum: statim dare debes*

*lentem & betam coctam vel alicam, vel ova*

*hapala vel ungellam discoltam. mentio*

*C c etiam*

etiam apud Apicum ut observavit Turnebus. apalaria argentea pro patina apud Anastasium : hic posuit in apside basilicæ suprascriptæ super sedem apala-ream argenteam pensantem libras centum viginti. in epistolis Pontificum à Gretzero editis, epist. xv. pro veræ benedictionis causa direximus vobis apala-ream unam. spatham ligatam in gemmis cum ballo suo. hæc visum est adscri-bere ad expositionem vocis, non-dum satis nota. hoc hapalar & hapalare, & hæc hapalaria.

I Urceos duos auro inclusos. ] Urceos duos auro inclusos. ita Palat. pocula hoc genere deaurata,  $\chi\epsilon\nu\sigma\alpha\lambda\eta\gamma\zeta$  Græci vocant. auro cludere, & auro in-cludere genus est deaurandi, cum au-rum solidum in argentum deprimi-tur, & quasi inligatur. tessellæ enim aureæ alte in argentum impressæ in-cludebantur. quod & auro vincire, & auro ligare Latini dicunt, ut ostendi-mus supra, pocula auro vincta sunt, quæ Græci  $\chi\epsilon\nu\sigma\alpha\lambda\eta\gamma\zeta$  &  $\chi\epsilon\nu\sigma\epsilon\delta\gamma\zeta$  appellant. auro ferruminata diceret Pe-tronius. nam ferruminare est καλλων. de annulis aureis in quibus stellæ ferreæ erant inclusæ, ferruminatos eos dicit stellis ferreis, hoc est ad verbum, σιληρογλάντες. ejus verba hæc sunt: habebat etiam in minimo di-gito sinistri manus annulum grandem sub-auratum, extremo vero articulo digiti se-quentis, minorem, ut mihi videbatur, to-tum aureum, sed plane ferreis velut stellis ferruminatum. potuisse pro ferruminato dicere, stellis ferreis vinctum, vel clu-sum. sic Palladium auro vinctum, in He-liogabalo. veterem lectionem resti-tuimus, quam depravarunt, qui non intelligebant, quid esset auro vincire.  $\chi\epsilon\nu\sigma\alpha\lambda\eta\gamma\zeta$  σφραγίδα vocat He-sychius, τὸν  $\chi\epsilon\nu\sigma\alpha\lambda\eta\gamma\zeta$ . sic gemmis ligatum Latini dixerunt, quod Græcis est λιθογλάντες, & auro ligatum quod est  $\chi\epsilon\nu\sigma\alpha\lambda\eta\gamma\zeta$ . Anastasius, cuius verba adduximus supra: spa-tham cum auro purissimo ligatam. hoc est  $\chi\epsilon\nu\sigma\alpha\lambda\eta\gamma\zeta$ . Epistolæ Pontificum à Gretzero editæ: pro veræ benedictio-

nis causa direximus vobis apalareum unum, spatham ligatam in gemmis cum ballo suo. ligata gemmis spatha, est λιθογλά-ντες. auro jugare pro eodem dixit Trebellius. unde auro jugata cornua, apud illum sumus interpretati, aura-ta, adversus interpretum sententiam, qui locum censebant corruptum. igi-tur auro includere, auro vincere, auro li-gare & jugare idem valent, & ad ean-dem deaurandi rationem pertinent. Persius:

*Non tibi crateras argenti, inclusaque  
pingui  
Auro donaferam.* —

Sic enim malo legere, quam incusa, quod vulgo habetur, eti incusa re-ctum esse possit, hoc est εμπαιτιο-μένει. hæc omnia autem siebant καὶ τὸ εμπαιτικὸν τίχλιον, de qua jam viri docti multa dixerunt, & nos alibi plura dicturi sumus. auctores ta-men aliquando illis loquendi gene-ribus ad simplicem deaurationem significandam utuntur. Pomponius Mela, auro vinctum pro deaurato po-suit, cum locum Herodoti verteret de Issedonibus. verba Herodoti: ἐπαν δορβάνοις πυτηρί, οἱ αρεστηγεις πάντες αρεστηγεις αρεστηγεις. οὐδὲ επειτα τῶν ταῖς θύσιοντες, καὶ καταλαμπτεῖς τὰ κρέας, κατατέμνεις καὶ τὸ δεκόρδιον τεθνεώντες πατέσσα. αναπλήσ-τες δὲ πάντα τὰ κρέας, διῆτη αρεστη-θεντι. τόδι δὲ καφαλὴν αὐτὴν φιλο-σούντες καὶ σύνεργοντες διπλανεύονται. que sic eleganter & rotunde venit Mela: Issedones funera parentum lati-victimis ac festo coitu familiarium cele-brant. corpora ipsalaniata, & cæsis pe-corum visceribus immixta epulando con-fundunt. capita ubi fabre expolivere, auro vincta pro poculis gerunt. auro vincta διπλανεχεσσομένα. vulgo, auro vincta legitur apud Melam. quam reddi-dimus lectionem, ex scripto codice hausimus. sic auro vinctum Palladium in Heliogabalo accipi debere ad lo-cum docuimus. & cornua auro jugata in victimis apud Trebellium, cæsi scriptores aurata dixerunt. chrysendaria lidorus

*duos auro inclusos, argenteos librarum sex, & in vasis  
minoribus argenti libras xxv Calices Ægyptios, ope-  
risque diversi, decem. Chlamydes veri luminis limba-  
tas*

*Isidorus exponit, deaurata. sed hæc alias, si Deus juverit, pluribus affere- mus, & astraueamus.*

CASAUBONUS.

I Calyces Ägyptios, operisque diversi decem. I Calyces Ägyptii erant vittrei, sed singularis & stupendi artifici. Vide Saturninum Vopisci.

*z Chlamydes veri luminis limbatas duas.* | Recte hunc locum explicat magni ingenii & judicii vir Hadrianus Turnebus in libris Adversariorum. lumen non est coloris nomen, sed effectus qui sequitur colores intensiores & κραυγασμούς. purpuram veri luminis appellat claram Lampadius in Diadumeno, in Alexandro Severo clarissimam : ubi habes de probatione purpurā, priusquam inferretur vestiariorū principis. Vopiscus in Carino lumen purpurā verbo eleganti expressit, cum *lineas micantes purpurā*, dixit. Græci qui purius locuti sunt, veri luminis colores dicunt ὅραις : posterioraτας ἀληθινάς, unde obtinuit, ut ἀληθινά appellarentur omnia purpurea : propter præstabilitatem sacri muricis, ut loquuntur imperatores. Theodorus Balsamon in explicatione Conciliorum : οὐκείσια σημεῖον δὲ τὸ παρόρθοντος ιδίως ἡ τοι βαστικὴ φρεστήματος τὸ αὐτὸν μερικὰ Καντακύνια δικαιώτατον ὁ πατέρας Γ' ἦμεν Δῆμος πάντων τοῖς βασιλικοῖς φρεστήμασι μεταλλίεσθαι ἄνθει μόνη τὸ σέμινατον. διὰ τοῦτο καὶ σὺ ταῖς ὀπηδήσιτοι φυομέναις φρεστήμασιν αὐτοῖς καὶ σὺ ταῖς θελαισι ταῦτα ιεροτελεῖσις, διὰ βαστικῆς λώρης τῶν κεφαλῶν καλύπτει<sup>το</sup>. αὐτοφίεννο<sup>ν</sup> ἐπὶ καὶ ἀληθινά φρεστήματα. καὶ καβαλικόντες μὲν ἀληθινά σελοζαλίνα καὶ τὰς βαστέτης. quid appelleat hic Balsamon ἀληθινά φρεστήματα,

eruditii interpretes assedit non sunt.  
intelligit autem calceamenta purpu-  
rea & veri luminis. nam tales fue-  
runt imperatorum calcei. Corippus  
Africanus in laudem Justini libro se-  
cundo :

*Purpureo suræ resonant fulgentे cothurno :  
Cruraque punicis induxit regia vincis.*  
Jacobus Cujacius cum legisset hoc  
loco apud interpretem vera vestimenta,  
in magnum errorem inductus, puta-  
vit de serico locutum Balsamonem.  
sed vir summus si Græcum textum  
qui necdum est editus, habuisse,   
vidisset non dicere Balsamonem,  
*εἰς βύρραν τεττάρηματα*, sed *εἰς λυθρά*.  
Sericeas vestes appellantur *βύρρας*  
auctore Zonara : unde *holovera* in  
Codice, quæ non subserica, sed tota  
ex serico essent texta. vox est barbara  
ejus gentis ex qua primum id panni  
genus est allatum. apud Ezechiem  
prophetam capite xxvii. voce in ne  
Judæis quidem magistris satis intel-  
lectam *בְּרוּמִים* interpretamur *βύ-  
ρρας*. sed hæc alibi. At dictionem  
*εἰς λυθρά* ea quam diximus notione  
etiam Latini scriptores usurparunt.  
Sic accipiendum apud Anastasium in  
libris de vitis pontificum : ut in Za-  
charia : *similque fecit vela serica alithina*  
*quatuor*, *quæ ornavit cum rotis & or-  
namentis variis auro textis.* in Leo-  
ne III. super altare majus fecit tetravela  
holoserica alithina quatuor cum astillis &  
rosis chrysoclabis. & saepius in eadem  
vita.

SALMASIUS.

*2 Chlamydes veri luminis limbatas duas.] Lumen non esse coloris nomen, sed affectus qui colores sequuntur intensiores, ad hunc locum magni viri scribunt igitur purpuram veri luminis, claram appellari Lampridio. nihil esset verius, si quidem heic pur-*

puram veri luminis appellaret Trebellius. sed *chlamydes veri luminis* appellat, nullus ergo dubito quin lumen heic sit pro colore, & in purgula sane color ipse lumen appellatur.

Statius Papinius:

*Contentus aro lumine purpurea.*

Tertullianus de Pallio, *concilium luminis* appellat, quod alio loco, concilium colorum dixit. libro de Pudicitia: sed enim piersque interpretes parabolarum idem exutus decipit, quem in vestibus purpura oculandis saepissime evenire est, quam putaveris recte conciliasse temperamenta colorum, & credideris comparationes eorum inter se amasse, eruditio mox utroque corpore, & luminibus expressis errorem omnem traducta diversitas evomet. quem locum pluribus ventilavimus in nostro commentario. vides eum *lumina* vocare, & *colores* pro eodem. *chlamydes* igitur veri luminis, sunt purpurea, hoc est veri coloris. *verus color* est purpureus, & ita καὶ ἴσχου Latinī purpureum colorēm nominarunt. Graci quoque αἱηθιὸν χρῶμα dixerūt pro purpureo, vel coccineo, Hesychius: κυράβρει, εἰδος χρῶματος αἱηθινὸς ὁ λέγεμός κόκκινος, τὸ δὲ τοῦ ζωγράφοις, atque inde etiam, quod nunc primi videmur observare, *holovera* uestes dictæ, quæ totæ ex illo vero colore essent, hoc est totæ ex purpura. nec est quod quisquam reculeret dedisse re, quod à magnis magistris didicerat, qui *holoveras* uestes, *holosericas* magno omnium assensu sunt interpretati, λέπτη βησιανα aut βηρωνα, nescio quorum. induxit illos in hunc errorem Zonaras qui βησια ονειρα esse φύσιον dixit. magnus scilicet, & idoneus auctor cui vel insurato debeat credi, de quo paulo post agemus. si *holovera* sunt tota ex serico texta uestimenta, quid fieri *holosericas*? aut quo tandem ea numero locoque habebimus? an erit aliquod discrimen statuendum inter *holovera* & *holoserica*? nullum sane video posse statui, si sententia doctorum virorum stabimus. & tamen discri-

men erat tantum, ut cum promiscuus usus esset holoserica uestis, sola holovera uestimenta privatis interdicta, principi ejusque domui dedicarentur. adeo autem promiscuus & communis tunc temporis usus fuit sericorum & holosericorum, ut missis etiam scenicisque mulieribus passim esset permisus, dum abstinentendum sibi esse scirent, auratis sericis & sigillatis, aut quibus alio colori admixtus puri rubor muricis inardecebat. haec sunt verba legis. aliis cuiusvis coloris sericis & holosericis uti non prohibebantur. holovera igitur erant, serica uestimenta tota ex purpura, quibus non alias admixtus ferebatur color, sed solus verus & purpureus. quod verba ipsa legis Theodosiana sic ostendunt, ut nemini quantumvis pertinaci contra mutare liceat. ita enim habent: nec pallia tunicasque domi quis serica contexta, aut faciat, que tintæ conchylio nullus alterius permixtione subtecta sunt. prourantur ex ædibus, tradanturque tunica aut pallia ex omni parte textura cruce infecta conchylii. quid potest dici manifestius? tunicae aut pallia ex omni parte textura cruce infecta conchylii, sunt quæ olivera eadem illa legere appellavit. id est in quibus utraque pars textura, subtemen & trama scilicet, purpura tintæ essent. quæ propterea dictæ sunt olivera, id est tota ex vero colore: sic enim purpureum per quandam excellentiam vocabant. & sciendum est ex sericis alias fuisse quæ ex omni parte textura, hoc est trama & subtemine, purpureo & vero colore tintæ essent: ea que inde olivera dicebantur, & solo imperatori ejusque domui texebantur. alia vero quorum trama quidem erat purpurea, subtemen autem alio colore infectum. crustas vulgo vocabant ejusmodi uestes, in quibus alio admixtus colori puri rubor muricis inardecebat. Cod. Theod. leg. xi. de scenicis. earumque crustarum usum privatis passim permisum, sola scenica & mimæ usurpare verabantur. erant & se-

tas duas. Vests diversas XVI. <sup>1</sup> Albam subsericam, paragau-

& serica aurata & sigillata omnibus etiam concessa prater mimas: quæ tamen uti non verantur illa lege scutulatis, & variis coloris sericis. hæc de oloveris, quæ buc usque, vel quid essent, vel quare sic essent dicta, ignoratum est. Isidorus, non malus multis locis auctor, olovera, tora ex purpura interpretatur. sed olovera, hodie apud illum non legas. nam vulgo editum est, oloporphyra. scripti codices, quod vidimus, partim olophara, partim olofera, & oloferia scriptum exhibebant. nec dubium est quin olofera sint olovera. sic enim & fasculum pro fasculo scribebant. Isidorus in Glossis: fasculum, discum. olovera igitur non à beris, sed à vero colore. mirari autem debet nemo hujus vocabuli compositionem ex Græco, & Latino nomine factam. non in hac tantum voce, sed aliis quamplurimis id factum observavimus. inde sunt epigium & epiphidium, bono etiam puroque scculo & cui nihil dum erat admixtum barbaria, usurpata. ne longe abeamus, in his ipsis auctoriis habemus, monores & pentelores vestes. sic pseudo-forem pro pseudothyro Severum Sulpicium, elegantem alias scriptorem, usurpasse docuit me nuper doctissimus Juretus. sic dextroberium ex Græco Latinoque compositum est. sic chrysoclavum τὸ χρυσόσημον. apud Anastasium de vits Pontificum, vests chrysoclave, tabula chrysoclave, vests de chrysoclavo, periclysis de chrysoclavo omnibus locis occurunt. ita holovera vests quæ tota ex vero colore est, hoc est tota purpurea. holoberum qui scribunt, & à beris deducunt, magno in errore versantur. nam holoverum scribi debet, & ita exponi. oloveri frequens mentio apud Anastasium. ut in Paschali: porro & aliam vestem de staurace cum periclysi de holovero. & paulo post: item vela præfina cum periclysi de olo-

vero. & in Gregorio iv. fecit & aliam vestem de holovero unam habentem in medio gemmas. & paulo post: immovere obtulit sanctissimus presul vestem de olivero cum gryphis. in eodem Gregorio oloveri Tyrii mentionem fecit: vela alba serica quattuor, unum habens undique Tyrium, & in medio crucem, & gammadias de chrysoclavo. aliud de stauraci habens de olivero, & gammadias de olivero Tyrio. & alibi passim. verus igitur color, ut Græcis, ἀλυθιών χρῶμα, de purpura. in libro de cœna Domini qui Cypriano inscribitur, multa genera vestium enumerantur, quas diversis ex sacra scriptura personis tribuit auctor apposite & accommodate ad cuiusque vitam, aut vitæ actum aliquem insignem. in eo sic habetur inter cetera: Abiron nigram, Anna Perseicinam, Isaæ nativam, Parlus Tharsicam, Petrus operariam, Jesephus pseudoalethinam, Jesu columbinam. Josepho pseudoalethinam vestem tribuit, eo alludens, quod falso creditus est pater Domini. ita autem emendavimus ex V. C. in quo scriptum erat, Joannes pseudoalleginam. nam Joanni jam supra suam dederat vestem trichinam. vulgo triclinam, perperam. alechina vestis est purpurea. pseudoalethina quæ non est ex purpura, sed purpuram imitatur. alithinum vocat Anastasius, pro alethino. unde apud eum tam multis locis alechina vela & alithinæ vestes, hoc est ἀλυθιών, vel purpureæ, ut in eo libello dicemus, quo voces apud illum scriptorem obscuras & ignotas explicabimus, & in commentario de re vestiaria.

## GRVTERVS.

<sup>1</sup> Albam subsericam paragaudem triuncem.] Sic & Pal.

## SALMASIVS.

I Albam subsericam, paragaudem triuncem unam.] Nolim scribi cum doctissimo viro: albam subsericam, & paragaudem triuncem unam. solent enim

Cc 3      hac

hæc ἀσωδέτως proferre. Vopiscus in Bonoso : tunicas palliolatas hyacinthinas subsericas : tunicam auro clavat. in subsericam librilem unam, &c. ita hoc loco : albam subsericam, paragaudem triuncem unam. ita etiam auctor Chronici Alexandrinii : Φορίας σιχελλάς πέπρης ωδηγαῦδιν hoc est: tunicam albam paragaudem. malim etiam legere hoc loco: subsericam paragaudem, triuncem unam. sic infra apud Vopiscum in Aureliano : quum darentur tunice subserica, lineæ paragaudæ, darentur etiam equi. alibi, paragaudias interrulas. sane aut paragaudæ, aut paragaudæ, vel paragaudia dicebantur hæ vestes, non paragaudes: quod sine ratione dicitur. de paragaudis, vel paragaudiis tunicis & lineis multa ad hunc locum doctus docte scripsit. ast ego originem earum, & gentem unde venerunt, digito indicabo. Parthi enim & vestem & nomen vestis Romanis tradiderunt, atque aliis etiam nationibus, quæ nomen illud retinuerunt. ωδηγαῦδις igitur est vestis Parthica. Hesychius: ωδηγαῦδις, χιτών ωδηγαῦδις. puret aliquis me rem non magnam præstisce, qui locum obvium, & omnibus in aperto positum produxerim. immo vero mihi fuit eruendus, qui delitescebat in tenebris & rem scitu dignam tegebat, in qua explicanda satiis haec tenus desudarunt eruditissimi etiam juris interpretes, & harum literarum magistri. nam male hodie habet Hesychius, ωδηγαῦδις. fateor non opus fuisse magno ingenii acumine ad divinandum, ωδηγαῦδις ibi pro ωδηγαῦδις. memini tamen eruditissimum Casaubonum, cum hunc Hesychii locum illi indicasset, magnas mihi gratias per litteras age-re, ut & pro aliis nonnullis in hos auctores emendationibus, quas ad eum miseram, alteram editionem adornare cogitantem: tunc enim ipse nihil minus quam de agendo, quod nunc ago cogitabam. sed hæc præter rem, de paragaudis etiam infra dicemus.

I Albam subsericam, paragaudem, triuncem unam. ] Familiare est in vestium, ut solis adjectivis sine substantiis nominentur: sic dicimus πορφύρη, ὑδεῖπνα, μελανη, & similia apud Latinos. ita albam hic Gallienus & paullo ante Valerianus, Albam subsericam unam, cum purpura Succubitana. intelligendum autem non togam, ut cum praetexta dicitur, sed tunicam. declarat Vopiscus in Aureliano : cum darentur tunica subserica, lineæ paragaudæ. & vetus chro-nologus qui Fastos Siculo-s congregavit, cuius sunt hæc verba: Φορίας σιχελλάς, ἄσπρης ωδηγαῦδιν, η αὐτοχθονος τολεμαία βασιλείην. nam σιχελλας tunicam dixerunt: ut est in Glossis. ἄσπρης album significat. σιχελλάς autem & ωδηγαῦδις pro σιχελλας & ωδηγαῦδις corruptus est hellenismus, cuius exempla passim obvia in recentiorum libris. Subserica fuit hæc tunica, id est cuius stamen solum esset sericum. nam holoserice vestes in privatorum usu non erant, ut constat ex Vopisco in Aureliano, & titulo Codicis. Erat autem motis ornare istas tunicas albas subsericas, vel purpura, ut illa fuit cuius facta mentio à Valeriano; vel paragaudæ, ut hoc loco. Inter ea que vestibus accedunt ornatus solum causa, ut clavus, limbus, instita, segmenta, patagium, & alia hoc genus, censeret & paragaudæ debet: sicut manifesto arguunt verba legis secunda Cod. De vestibus holoveris. Nemo vir, ait, auratas habeat aut in tunicis aut in limbis paragaudas. vides separari paragaudas à vestibus quibus adsuebantur: vestes autem hac accessione nobilitate non paragaudæ, sed paragaudia dicebantur vel paragaudes. Valerianus in epist. ad præf. præf. dabis Proboni terras paragaudias duas. propterea scribi velim hoc loco: Albam subsericam, & paragaudem triuncem u. Existimabat Turnebus vocem hanc à Latina gaudium, cum Graeca præpositione esse conflatam. sed virum doctissimum fugit

ragaudem triuncem unam. <sup>1</sup>Zanchas de nostris Parthi-

cas.

git hic ratio: vox est enim pura puta Syrorum, vel aliorum Orientalium à quibus Syri acceperunt. פְּרָנוֹתָה paragoda, Jonathani paraphrasta vetustissimo librorum facrorum dicitur vestis colorum varietate & arte insignis, nam Geneseos capite XXXVII. nobilis illa Josephi tunica quam Moses appellat כְּחַנְתִּים pannus, in paraphrasi Jonathani nominatur פְּרָנוֹת. in Exodo autem illud aulæum quod Moses vocat פְּרָכָת, eidem interpreti Αράνον nominatur, nam & tapetes & aulæa varietate colorum solent esse distincta. sicutiam paragauda illæ de quibus in Græcis Latinisque literis agitur, ex auro & serico intextæ & materiae & artis varietate pollebant, ut constat ex lege prima ejus tituli quem ante laudavimus. Assuebantur autem vestibus modo singula paragaudæ, modo binæ, modo ternæ, vel quaternæ, atque interdum etiam quinæ. Flavius libro sequente: Paragaudias vestes ipse primus militibus, (vel militaribus,) dedit: (cum ante nonnisi rectas purpureas accepissent:) & quidem aliis monolores, aliis dilores, tritores aliis, & usque ad pententes, quales hodie linea sunt. Quibus simplex paragauda adnexa, monolores nuncupatae sunt: & ita cæteræ pro diverso numero diversum nomen acceperunt. voces istæ sunt translatae ab architectura & fabricis, unde & trabeatas sagæ, & tabulata vestimentum apud Tertullianum. λόπες vocem Latinam & Græci architecti usurparunt, ut constat è Περὶ κτητῶν Procopii. non multo aliter virgas & virgulas purpureas dixerunt, ut vetus Juvenalis interpres ad satyram octavam. Ait autem Gallienus paragaudem triuncem: auri pondus indicans, quod paragaudia huic tunicae inerat. sic enim veteres pretia vestium indicabant. Lampridius in Alexandro Se-

vero: contenta cyclade, quæ sex uncii auri plus non haberet. Vopiscus in Bonoso: tunicam auroclavatam subsericam bilibrem unam. ubi fortasse auri & serici pariter ratio inita. nam ut scribit idem auctor alibi, libra serici tunc libra auri erat.

<sup>1</sup> Zanchas de nostris Parthicis, paratria.] Barbarici calceamenti genus tzangas vocarunt. sed varie scribitur hoc verbum. in Codice Theodosiano De habitu intra urbem, lege secunda tzange, in tertia tzancæ. Græcis τζαγσαι aut τζασια. & τζασαι harum artifex apud Tzetzem in Chiliadibus. Acroni zangæ. nam Horatii verba è satyra sexta libri primi,

Ut quisque insanus nigris medium impediti crus

Pellibus,

de hoc genere calceorum interpretatur. Persarum vel Parthorum fuisse gestamen magni pretii ex hoc loco & similibus apparebat. In Fastis Græcis leguntur hæc de rege Lazorum: τὰ τζασια αὐτὸς ἦν δὲν τζασσες αὐτὸς φροντίδες Περσικῷ χήματι, επιτρέπει μαρσαῖτας.

#### GRUTERVS.

<sup>1</sup> Zanchas de nostris Parthicis paratria.] Palat. zanca de nostris Parthicis paratria.

#### SALMASIVS.

<sup>1</sup> Zanchas de nostris Parthicis paratria duo.] Scribendum: Zanchas de nostris, Parthicas. quod miror non vidisse doctissimos interpretes. zanca Parthica, sunt calcei ex pelle Parthica. Parthicarum vero pellum, unde parthicarii in Codice dicuntur. qui pelles illas curant, multa apud veteres mentio. Parthicum lorum scholasti Juvenalis ad illud:

Vel nodus tantum & signum de panperloro.

id est, Parthicam corrigiam, unde solet bulla pendere signum ingenuitatis. facculi

Ce 4

Par-

Parthici Ammianus Marcellinus me-  
minit lib. xxii. nōrum est enim sub  
Maximiano Casare vallo Regis Persarum  
direpto, gregarium quendam post sacculum  
Parthicum, in quo erant margarita, re-  
pertum projectis imperitiā gemmis, abisse  
pellis nitore solo contentum. de pellibus  
igitur illis Parthicis siebant impera-  
toriae zanchae. Corippus lib. ii. de  
laudibus Justini junioris calceos im-  
peratorios ita describit:

Purpureo surae resonant fulgentē cothurno,  
Curaque punicis induxit regia vincis,  
Parthicē Campano dederant quae tergora  
fuso,  
Qui solet edomitos vīctor calcare tyran-

nos,  
Romanus princeps & barbara colla do-  
mare  
Sanguineis prælata rosis, laudata rubore,  
Lectaque pro sacris tactu molliissima plan-  
tis.

Augustis solis hoc cultu competit uti,  
Sub quorum pedibus regum crux.

Parthice igitur zanchae hoc loco, de  
Parthica pelle factæ: & ita apud Co-  
rippum Parthica tergora accipienda  
sunt. quod ad vocem zanchae attinet,  
Græcum est non barbaricum voca-  
bulum, ζάνχη. Latine recte scribi-  
tur zancha, vel zanga. nam καὶ Græ-  
cum in g mutant. ut ζάνχη, galba-  
num: δόχη, doga: ἀργό, angō, hinc  
zangae Acroni. Græcis recentioribus  
ζάνχη, vel τζάνχη & τζάνχα.  
sed additio litteræ τ̄ barbarica est,  
quam omnibus fere vocabulis à incipientibus præponebant recentiores  
Graci, qui & plerumque mutabant  
in τ̄ ut στ̄η, τ̄ζινη. στ̄ηνη, τ̄ζι-  
νη. & alia sexcenta. Δέ τ̄ οὐγχο  
igitur quod est constringo, οὐγχο  
constrictio. ut Δέ τ̄ αὐξανεῖσθαι:  
Σπ̄ οὐφείλω, οὐφείλη, & similia.  
hinc compositum Αὐγχώ, ζάνχω  
Αὐγχη, ζάνχη. ut Αὐγχίδω, ζά-  
νχίδω. Αὐγχίστη, ζάνχίστη.  
οὐγχλοι, οὐγχλη & οὐγχλη, atque

inde ζάνχλοι. sic diabolum ζαβίλο,  
& zetam pro diabolo Latini dixerunt.  
Ζάνχη igitur pro Αὐγχη constrictio:  
atque inde ζάνχη calceamentū à  
constringendo pede. Latinis zancha,  
vel zanga. hoc indubitatum est.  
Glossæ βασιλικῶν: τζάνχα, τζάν-  
χη. ουρσίας & scribitur apud Hes-  
ychium pro ζάνχης de calceatio  
sutoro. ουρσίας, ουρσίας ηγε-  
λιάς &. sed hæc alibi.

## CASAVBONVS.

<sup>1</sup> Singiliones Dalmatenses x.] Lego,  
cingiliones, & cingula parva interpre-  
tor, quibus uterentur equites Dal-  
matæ.

<sup>2</sup> Chlamydem Dardanicam mantualem  
unam.] Dardani Dalmatis vicini.  
chlamys mantuolis, composita vestis  
ex chlamyde & mandya. μαντύλη  
illa ἔτα vocabat Græce panulas. de  
his superius.

## GRUTERUS.

<sup>1</sup> Singiliones Dalmatenses, &c.] Sic  
& Pal.

## SALMASIUS.

<sup>1</sup> Singiliones Dalmatenses.] Non  
possunt non esse ignoti isti singiliones,  
quorum tam rara est mentio apud  
auctores, ut unicum hunc locum exta-  
re putem qui eorum meminerit.  
de Latinis loquor. nam in testamen-  
to Gregorii Nazianzeni σιγιλλα  
legitur de quedam genere vestis, &  
puto sigillionem ibidem esse qui heic  
singilio. verba Gregorii isthac sunt:  
Ελαφία τῇ νοστρῷ οὐρέπη ὅπ-  
η καλῶς ἡμές αἰατανοῦν ὁ ἴτι-  
ρητος τρέχειν βέλομας δολέη  
κοινωσον ἔτα, σιγιλλα δύω, σιγιλλι-  
να ἔτα, παλλα τετρα. qui nuper in  
Anglia ediderunt τὸ τοιοῦ illius testa-  
menti, σιγιλλα edendum curave-  
runt, & pro sigillo acceperunt. sed  
ego testor σιγιλλα planis & probis  
litteris extare scriptum in antiquissi-  
mo codice Bibliotheca Palatina, &  
certus

certus sum pro ueste debere accipi  
cum inter uestes recenseatur. pro  
singiliones autem putarim heic potius  
scribendum esse singillones. sic vespis-  
tio pro vespillo perperam scriptum ha-  
betur in antiquo glossarum libro. à  
singulum, singillum, & singillatum. à  
singulum, singillo, ή απλοῖς: nam  
singulum, vel singillum est τὸ α-  
πλόν. singillo, singillonis, ή απλοῖς.  
vel απληγάς, vel απλῆπε. Hesychius:  
απλοῖς χλαινα, ή μὴ δυρα-  
μόν διπλωθίνα. idem: απλῆπε  
ή σύμμετρος χλαινα, & δυραμόν  
διπλωθίνα. απληγίδες dicuntur  
Polluci. idem Hesychius: απλῆς,  
μικρογνήσιον. δέολοι etiam dice-  
bantur ejusmodi απλοῖδες. Hesychius:  
απλός, διοργανής. contra  
διπλός, duplex, ή διπλοῖς. σι-  
γιλλιῶν autem pro σιγιλλιῶν apud Na-  
zianzenum, more Græcorum qui in  
Latinis vocabulis quæ pro suis usur-  
pant, n litteram elidere consueve-  
runt. sic σιγλας apud Justinianum  
sunt singlæ, vel singulae. hanc meam de  
singilionibus, vel singillonibus con-  
jecturam probavi olim Casaubono  
τῷ πάντῃ, τῷ μαγνεῖτῃ. non defuit  
tamen ut putarem aliquando sigilla-  
nes heic vel sigillones esse legendum,  
& de vestibus Dalmatarum sigillatis,  
vel clavatis intelligendum: nam  
vestium clavos Græci σφραγίδας  
etiam vocant, hoc est sigilla. Hesychius:  
σφραγίδες οἱ ἐπι τὸ δακτυ-  
λιῶν η τὰ τὰ ινγλίων σημεῖα. hinc si-  
gillones Dalmatenses, Dalmatica sigil-  
latæ. chitodotæ Dalmatarum apud  
Spartianum in Pertinace. clavatae au-  
tem erant istæ Dalmatenses tunicae,  
quibus etiam postea sacerdotes usi.  
Isidorus: Dalmata uestis sacerdotalis  
candida cum clavis purpureis. signa &  
sigilli in uestibus, τὰ σημεῖα, τὰ ση-  
μεῖα. Virgilii: uestem signis auro-  
que rigentem. sic gammadiones dixerunt  
vestes γαμμαδίοις hoc est gammis  
litteris distinctas. sigilla tamen à cla-  
vis differre, & sigillatas uestes à clava-  
tis supra docuimus.

<sup>2</sup> Chlamydem Dardanicam mantuelam  
unam ] Chlamys mantuelis est χλαινα  
μανδυοειδής, chlamys scilicet in mo-  
dum manti facta, vel ad formam  
manti accedens. diversum enim  
χλαινα fuit τὸ μανδύν η τὸ χλαινό-  
δος, ut alibi dicam pluribus. μαν-  
δύλιον tamen & χλαινίδια plerumque  
confundunt auctores. Artemidoro  
χλαινα & μανδύν idem genus ve-  
stis. nam ἐφερίδα βρειον, χλαινίδιον  
η μανδύλιον synonyma facit. Glossæ:  
Paludamentum, χλαινα, μανδύν.  
mantuelis autem à mantua. ο μανδύλιος,  
vel η μανδύν, hac manua. unde man-  
tuelis, ο μανδυοειδής. & mantulus apud  
Isidorum in Glossis: Paludatus, man-  
tulus. mantum tamen & mandum etiam  
dixerunt Latini, & videtur Græce  
non tantum μανδύλιος & μανδύν,  
genus hoc vestimenti dictum esse,  
sed etiam μανδύς, μανδύος. hinc  
Latine manus & mantum. Isidorus:  
Mantum Hispani vocant quod manus tegat  
tantum: est enim breve amictum. idem in  
Glossis: mandus, uestis virginalis. à man-  
to, mantulus apud Martialem qui  
manto tectus est. De causia:

In Pompejano tecum spectabulo theatro.

Mantulus populo vela negare solet.

ita enim legendum apud Martialem.  
vulgo: Namque nos us populo. optimus  
codex Palatinus habebat, referente  
Gruttero, mandatus populo. nos feci-  
mus mantulus. posset ramen & manta-  
lus retineri. nam mandum & mantum  
dicebant. qui, inquit, mantulus est,  
in Pompejano theatro, vela populo  
solet negare, quibus ipse non indi-  
get. nam qui manto tectus est a quo  
animo fert vela negata populo. vela  
autem negata dicebantur quæ thea-  
tro non intenderentur. idem Mar-  
tialis alio loco :

Et rapiant celeres vela negata uoti.

& alibi:

Et Pompejano vela negata uoto,  
de qua loquutione nos alibi. à voce  
Latina manum Græci recentiores fe-  
cerunt μαντιον. ut fibla, φεσλιον:  
sigillum, σιγιλλον: cucullus, κυργιλλον:

Cc 5 & si-

& similia. sic mantum, μαντίον. Glossa. paludamentum, Χλαμύς, μαντίον. ita enim scribendum. Chronicon Alexandrinum: οἱ μὲν Ἀσσύριαι, οἱ δὲ φίδελοι τὸ μαντίον ἐπενόησαν αὐτοῖς πορφυρέα ἢ ρεσαῖν βάπτυτες τὰ δέσμοις βοτανῶν, καὶ ἐφόρου Δέργα τὸ γενάσονεδα τῷ ιδίῳ τολμήθ. ubi interpres suaviter nugatur dum vertit: alii fibulas aureas & idola sibi purpurea. τὰ μαντία scilicet accepit pro idolis. at μαντία, ibi, vel ut potius scribendum autumo, μαντία, sunt pallia, vel chlamydes. οἱ μαντίας apud Hesychium scriptum est pro μαντίον. nam μανδύας, & μαντία scribebatur. μανδύας, εἰδὼν ιματία Περσῶν πολεμικὸν τὸ μαντίας. μαντίας pro μαντίον, ut χειρία pro χυμείᾳ: μείωψ pro μείωψ: μετέρψη pro μέτερψη. vocem vesterisque Persicam esse vult Hesychius: Pollux ex Aeschilo Liburnicam, cuius verba ita sunt legenda: Βαζεντανίαν ἔσιν οἱ καυράκης. ή δὲ μανδύη ὅμοιον ἔσιν τὸ λεγέμδρῳ φαινόλη. τίναν δὲ ἔσιν αἱ μὲν τοιεχάμεθα. Κρόνος τὸν Πέρσας Αιχύλῳ.

*Eρεί Διευρυκῆς μίμημα μανδύης  
χιτών.*

#### CASAUBONUS.

<sup>1</sup> Cucutia villosa duo.] Cucullorum species videtur esse. nisi malis cucuria intelligere, de quibus imperatores in Codice, Nulli licere in frenis equestribus sel.

#### GRUTERUS.

<sup>1</sup> Cucutia villosa.] Non abita litteris Meursius noster, cui placet cuculia. cuius videantur Glossaria.

#### SALMASIVS.

<sup>1</sup> Cucutia villosa duo.] Exhibuerunt negotium doctis viris ista cucutia, nec

mirum. quis enim illorum meminit? movet me tamen constans librorum scriptura ut nihil mutandum censeam. cucutia, vel coctitia scriptum esse puto pro concutia. sic cussuere dicebant vulgo, & scribebant pro confusore. Glossa: cuso, παπλω. cussuit, παπλώ. Iudiciorum in Glossis: cussire, confusore. sic faba fresa pro frensa. tusus pro tonsus. impensa pro impensa. quomodo fere scriptum reperi in vetustissimo libro excerptorum Apicij à Vinidario viro inlustri. cucutia igitur sunt concutia. concutum autem à concutio. ut confugium à confugio: perfugium à perfugio: obfidiū ab obfideo: astimium ab astimo: & ejusdem generis pæne infinita. concutia & concutes vestes sunt quas Greci κράτερος καὶ παθητὴς vocant. & πυρηνῆς, pavidenses scilicet, & bene condensatas. nam concutere est πράτειν, vel παθητεῖν. unde concus cucutis radius erat, vel pesten, quo vestes percutiebantur. Glossa: concutus κερκίστρα. ita enim scribendum. κερκίστρα est radius textorius. concutere, κερκίζειν. decutere etiam dicebant pro eodem. Glossa: decutit, κερκίζει. percute, Juvenali:

*Et bene percussas textoris peclim Galli,  
bene percussa vestes, concutes & con-  
cūtia dicebantur, & cucutia. sic à decu-  
tio dicitur togæ. Fecisti abbreviator decu-  
ties togas exponit detritas. Graci quo-  
que συνηρεσθεὶς γόνα interpretantur  
αἱ οἱ κερκίστραι ανατέτεται, quorum de-  
triti sunt flocci: sed hæc fusius alibi  
explicabimus. crustæ vestes in Codice  
Theod. sunt κράτεροι. nam Græco no-  
mine sic eas Latinos appellasse scri-  
bit imperator leg. xi. de scenicis: his  
quoque vestibus noverint abstinentiam,  
quas Græco nomine Latini crustas vocant,  
in quibus alio admixtus colori puri rubor  
murius inardescit. sic enim legitimus  
ubi vulgo corruptissime excusum ha-  
betur:*

<sup>1</sup> Oraria Saraptena quatuor. <sup>2</sup> Aureos Valerianos CL.  
Trientes Salominianos CCC. Habuit & senatus judicia, 18  
prius-

betur: quas Graeco nomine à Latino cru-  
fas vocant. in crustis autem illis, quas  
ita vocabant à densitate texturæ, quod  
bene scilicet essent percussæ, stamen  
erat coloris cuiuslibet; trama vero si-  
ve subtemen quod pectine solidatur,  
& cum stamine connectitur, purpu-  
reο colore tinctum. vestes autem il-  
læ in quibus stamen subtexebatur  
conchylio tinctum, & ejusdem infe-  
tationis arguto pectine solidanda fila  
decurabant, ex dicebantur holovera,  
de quibus supra diximus. crustæ igit-  
ter vestes sunt κράσαι. nam απάθαι  
& κερκίσαι & κράσαι τὸν κερκίνον i-  
dem. Græci: ηδέπι τὸν φαρωνέ-  
ρων ιανέων απάθαι τὸν ἄγαν κράσαι  
τὸν κερκίνον. Hesychius: απάθαι τὸν  
όρθον υφός απάθη κερκίσματον &  
κλεῖ. idem: απάθη, πύκνη μα δύο  
τὸν τοῦ τοῦ απάθαι κερκίσματον τὸν  
υφόν. multicia etiam inde nomen in-  
venisse docemus infra. multicum e-  
nim ad verbum est πολυαπάθη. con-  
cudere & percutere & decutere  
Latinis in textura vestium idem  
quod Græcis κράσαι καὶ κερκίσαι.  
hinc concutia, vel cucutia, sunt  
πολυκράσαι καὶ πολυκερκίσαι, i.e.  
τὰ πυκνότητα, quæ opponuntur τοῖς  
δραγοστήμασι. sic pavidenses Latinis  
quæ malidensibus & levidensibus  
oppontuntur nemini jam dubium re-  
linquitur, quin cucuria heic in sede sua  
manere debeant, quæ aut sunt id  
quod diximus, aut nihil sunt. at cucur-  
nia, & cucullia quæ bene heic reponi  
posse censemus eruditissimi viri, lon-  
ge melius ejici & expungi putarem, si  
forte ea hoc loco posita invenissem.  
nam cucullia pro cucillis Latinum non  
est. cucurnia in Codice, tit. nulli lice-  
re in frænis equestrib. sel. corrupta  
sunt pro circum. circumatum autem ge-  
nus fræni, quod inter vestes locum  
tenere non potest.

<sup>1</sup> Oraria sarabdena.] Unde sarab-  
dena oraria nomen invenerint, video  
dubitari. Palatinus una littera minus  
legit, sarabdena. non dubito, quin  
Sarabdena, sint Saraptena, à Sarapteis  
urbe Phœnices, cujus εβρικες Σαρά-  
πης, & Σαραπίνος. Sareptam vo-  
cat Corippus lib. III.

— Et dulcia Bacchi

Munera quæ Sarepta ferax, quæ Gaza  
crearat.

Sarepta autem dicitur Arculpho de  
locis sanctis. inde Σαρεφθίνοιο,  
& Σαρεφθίνοιο Alexandro Tralliano.  
de orariis exit infra dicendi locus.

<sup>2</sup> Aureos Valerianos.] Aurei Vale-  
rianii à Valeriano Imperatore. sed  
propterea scribi nolim, Valerianos, aut  
Valerianinos. observavi enim his no-  
minibus quæ formam οὐρανίου  
habent, etiam usos esse veteres, αὐτὴ  
τὸν οὐρανόν. sic Valeriani aurei hoc  
loco. sic sodales Antoninos, & mensam  
Antoninum supra habuimus. sic Maxi-  
minos militis Capitolinus in Maximini  
dixit. sic Codex Justinianus pro Ju-  
stiniano. & alia quæ suo marte qui-  
vis legendo poterit observare.

#### CASAUBONIUS.

<sup>1</sup> Oraria Sarabdena quatuor.] De ora-  
riis ad sequentem vitam. Sarabdena  
unde potuerint nomen invenire ne-  
scio: & verius sit fortasse Sarabrena. ut  
Hispaniensia fuisse intelligamus, ex  
ea urbe Tarraconensis provinciæ, quæ  
Sarabris dicitur Ptolemaeo. Sic apud  
Catullum, sudaria Setaba, ex eadem  
Hispania.

<sup>2</sup> Aureos Valerianos CL.] A Valeria-  
no imperatore nuncupatos nemo du-  
bitat. quare scribendum, Valerianos,  
aut Valerianinos.

#### GRUTERUS.

<sup>1</sup> Oraria Sarabdena.] Pal. sarab-  
dena.

I CMM

priusquam ad imperium perveniret, ingentia. Nam quum esset nuntiatum illum <sup>1</sup> cum Macriano fortiter contra gentes in Illyrico dimicasse, acclamavit senatus, <sup>2</sup> Claudi dux fortissime habeas <sup>3</sup> virtutibus tuis, devotioni tuae. Claudio statuam omnes dicamus. Claudium consulem omnes cupimus. <sup>4</sup> Qui amat rempublicam, sic agit: qui amat principes, sic agit. Antiqui milites sic egerunt. Felicem te Claudi judicio principum, <sup>5</sup> felicem te virtutibus tuis, consulem te, te praefectum. <sup>6</sup> Vivas Valerius,

ame-

## CASAUBONUS.

<sup>1</sup> Cum Macriano f.] Legendum esse Martiano antea probavimus, ad lib. de Gallienis.

<sup>2</sup> Claudi dux fortissime habeas.] Xai-  
egis ἀν, id est ζεῖψ. have pro ave scri-  
beant, ut docuit pridem Cujacius.

<sup>3</sup> Virtutibus tuis, devotioni tuae.] Sup-  
ple, bene sit. vide ad Avidium Cal-  
fium. devotio est καθοσιωσις erga rem-  
publ. & devotus multis locis horum  
librorum, pro eo quod apud Dio-  
nem atque Herodianum, καθοσιω-  
μός.

<sup>4</sup> Qui amat Remp. sic agit.] In Maxi-  
mo & Balbino: sapienter electi principes  
sic agunt.

<sup>5</sup> Felicem te Claudi judicio principum:  
felicem te virtutibus tuis.] In Valeriano:  
Felicem te Valeriane senatus sententia: imo  
animis atque pectoribus.

<sup>6</sup> Vivas Valerius, ameris à principe.]  
Latinitas postulat, Valeri, & am. Vale-  
rius. si mendo carerer hæc lectio, fau-  
sta precantium vox est, ut Καλλίνικος  
in solenni acclamatione Græcorum,  
Τίτελλα Καλλίνικος ζεῖψ. sed puto le-  
gendum aliter. scribo, Vivas, valeas,  
& ameris à pr. vel Aurelio pro Valeri-  
nam Claudio nomen fuit Aurelio  
non Valerio.

## GRUTERUS.

<sup>6</sup> Vivas, Valerius, ameris à Principe.]  
Pal. Vicias Valerius ameris.

## SALMASIUS.

<sup>5</sup> Felicem te virtutibus tuis, consulem

te, te praefectum.] Distingue, Felicem te  
Claudi, judicio principum, felicem te virtu-  
tibus tuis, consulem te, te praefectum. sub-  
audi optamus, vel cupimus.

<sup>6</sup> Vivas Valerius, ameris à principe.]  
Palatinus, vicias. forte, vincas. sed vi-  
vas non mutamus: utrumque enim  
acclamari solitum principibus. ut in  
his Dionis; quæ quia corruptissima  
sunt, lubet ascribere, ut emendentur:  
πάνταν ἡ τῶν αὐθεράπων η αὐτῶν  
βελόστατη ὅπ μελισσα συμφέρεται,  
οὐλυμπιονίγα τα, πυθονίγα τα. Αὐ-  
γύστε, Αὔγυστε. Νέφων τῷ Ηρακλεῖ.  
Νέφων τῷ Αἰόλων. οἵ εἰς τὸν οὐρα-  
νόν, εἰς ἐπ' αἰώνα. Αὔγυστε, Αὔγυ-  
στε. hæc postrema mendosissima sunt:  
quæ sic emendamus, ζωσης, εὐδαι-  
μόνης ἐπ' αἰώνας. hoc est, vicias, omnia  
in orbem certamina vincas, in secula, pos-  
set etiam, ζωσης, εὐδαιμόνης.  
vives, vices in secula. sic idem in Com-  
modo: vincas, vixisseis ἐπ' αἰώνας. εὐ-  
δαιμόνης vixisseis. utrobique perperam  
legitur, ἐπ' αἰώνα. quod vertunt, ex  
eterno tempore. quid ineptius? vota in  
futurum concipiuntur, non in pre-  
teritum. deinde quis potest dici, aut vi-  
cisse, aut vixisse ex æterno? hæc com-  
muni sensu proorsus parent. usitata au-  
tem & sollemnis formula acclamandi,  
eis αἰώνας, vel ἐπ' αἰώνας, prin-  
cipibus quibus æternitatem populus  
optabat. Tertullianus de spectaculis:  
quale est enim de Ecclesia Dei in diaboli Ec-  
clesiam tendere? de cælo, quæd ajuunt, in  
campanis?

ameris à principe. Longum est tam multa quam meruit vir ille perscribere: unum tamen tacere non debeo, quod illum & senatus & populus, ante imperium & in imperio & post imperium sic dilexit, ut satis constet,

canum? illas manus quas ad Deum extuleris, postmodo laudando bistrionem fatigare ex ore quo Amen in sanctum protuleris, gladiatori testimonium reddere? eis aiōνας alii omnino dicere nisi Deo Christo? Operæ pretium est etiam scire, quandoquidem heic sumus, quomodo vertent in illis superioribus verbis Dionis, ista: ὀλυμπιονικαὶ τὰ πολιονικαὶ οὐδὲν μιν τοιούτην. quam interpretatione sequitur est ille qui ad Amphitheatum scripsit. mirum eos glossulam non apposuisse, quæ nos doceret, quid esset istud, οὐα. sed, ut semel finiam, οὐα ibi est admirantis vocula, quam Latini vah dicunt, & est mere Latina. quam & Græci usurparunt in illis acclamacionibus, vel etiam scriptores Græci, qui ipsissima verba illarum acclamacionum referebant, cum cætera Græce expressissent, eam ex Latino retinuerunt. sed verius est, illos eam quoque usurpasse. Arrianus lib. III. cap. XXIIII. οὐαλθεῖς ἀρθρωτε. ητί σοι ἀγαθὸς εἰσίν; οὐαλθεῖτε οὐαλθεῖτε. εἰπε μοι οὐα ηγιαστε. quod οὐα non melius ibi accepit doctissimus interpres. non tamen tam inepte fecit, quam Dionis interpres, sed ohe reddidit. οὐα igitur inter laudantium admirantiumque voces, & οὐα, ηγιαστε. οὐαφές, εὐ, ιατέρος, & similes. Latinum plane est vah, quod frequens occurrit apud Comicos.

Vah qualem me putas esse.  
&

Tum Syrum illum impulsorem, vah, qui bus illum lacerarem modis?  
οὐα, vah: ut O'vētā Cārōs, Vespasianus. O'vētīa, Venetia. O'nētīo, Ostavium. sic enim veteres, Eusta-

thio teste, quod recentiores, Βενετοὶ, Βενετοὶ, Οὐαλθεῖοι scripsere & pronuntiavere. hæc extra rem quidem, sed non abs re dicta sunt.

6 Vivas Valerius, ameris à Principe.] Valerius pro Valeri. nisi quis putet legendum: Vivas Valeri, & ameris à principe. quod non puto. Valerius autem heic unum est ex nominibus Claudii, quem Flavium Valerium Claudium fuisse appellatum docuimus ante; ne cum viro doctissimo faustam precantium vocem esse putemus, ut in solemani Græcorum aclamatione καλλίτερε: quod prorsus caret ratione. de mendo suspicari non possumus. in tanto consensu librorum. omnes igitur illi principes qui obscurò genere nati, ad imperii usque fastigium concenderunt, nihil prius potiusque videntur habuisse, quam ut sumerent prænomina, cognominaque Romana: qua ratione plerumque in familias antiquas & nobiles sese insulciebant, & originem patritiam ementiebantur. sic de Macrino Spartanus scripsit, eum in Severi nomen & familiam invasisse. sic Maximinus barbarus & humili loco orru, C. Julius Maximinus, in nummis appellatur. & hic Claudius, Flavius Valerius Claudius. ita Carus, M. Aurelius Carus. Diocletianus, qui servus fuit & Diocles vocabatur, postquam imperator factus est, tria quoque nomina assumpsit, more nobilium Romanorum, & M. Valerius Diocletianus appellari coepit est. quid cæteros memorem, qui plures sunt? cum id omnes constet facere, qui humiliori loco ori plerumque natae solū confingunt, ut dent periferati de locorum splendore fulgorem, ut scribit Vopiscus in Aureliano.

fc AD.305

414 FLAVII VOPISCI SYRACUSII

stet, neque Trajanum, neque Antoninos, neque  
quemquam alium principem sic amatum.

Jan<sup>9</sup>  
1939

FLAVII VOPISCI SYRACUSII  
DIVUS AURELIANUS.

1. <sup>2</sup> HILARIBUS, quibus <sup>3</sup> omnia festa & fieri debere  
scimus & dici, impletis solennibus, <sup>4</sup> vehiculo  
suo

CASAUBONIUS.

FLAVII Vopisci.] Tandem è sale-  
brosis & præruptis locis emer-  
sus: sic jure appellaverim plerosque  
præcedentium auctorum libros, si  
cum sequentibus Vopisci comparen-  
tut. in illorum plerisque omnia per-  
turbata, indigesta, confusa, mera de-  
nique mapalia: hic temporum re-  
rumque series diligentius & con-  
stantius servata nihil admodum a-  
lieno loco positum, omnia fere  
*στρατηγούντες*; sive ea fuit  
auctoris major diligentia, sive scri-  
ptorum ejus felicitas; quæ correctio-  
rum manus minus iniquas sint ex-  
perti, nam alienâ culpâ, non aucto-  
rum, multa in superioribus legi ho-  
die perperam digesta satis ante pro-  
babimus. Magna igitur gratia istis li-  
brorum tortoribus: qui ab hoc saltē  
auctore sibi temperarunt. Porro Vo-  
piscus olim prænomen erat, quo usi  
multi in Julia præsertim gente: hic  
est cognomen: & ita in antiquissi-  
mis Reipublicæ Fastis sepe, mox à  
pulsis regibus. patriam Vopisci vox  
adjecta indicat, *Syracusius*. Fuit hic  
quoque scriptor cæteris hujus corpo-  
ris *στρατηγούς*: vixit enim imperanti-  
bus Diocletiano & Maximiano. Ce-  
pit hand historiam scribere post an-  
num imperii illorum Augustorum o-  
ctavum, qui habuit Coss. Tiberia-  
num II. & Dionem Cassium. nam  
in horum consulatum incidere urbis  
præfecturam Tiberiani, de quo me-  
minit Vopiscus in præfatione operis,

constat è Fastorum fragmento quod  
Caspianus publicavit. Sed non sta-  
tim operi se accinxit: nam cum hanc  
vitam scribebat, jam factus erat Cæsar  
Constantius, quem Vopiscus etiam  
imperatorem appellat. Ex fine Probi  
apparet singulos libros separatim &  
scriptos & editos. Librum de Caro,  
Numeriano & Catino compositum  
quo tempore Maximianus Cæsar in  
Oriente bellum contra Persas gera-  
bat. Avum habuit Diocletiano mag-  
na familiaritate junctum, & in mili-  
tia diu versatum, ut ex variis locis  
horum librorum apparat. religione  
fuit paganus Vopiscus, ut omnes cæ-  
teri. Videtur autem cum separatim  
suos libros ederet, variis amicis eos  
nuncupasse. Probi vita ad Celsum  
missa: liber qui quadrigam tyranno-  
rum continet, ad Bassum. cæteri ad  
alios quos sape auctor affatur, sed  
hodie desiderant eorum nomina,  
quæ auctor sine dubio in singulorum  
librorum fronte prænotaverat. Errant  
qui Julio Capitolino hunc librum  
tribuunt, ut Robertus Bononiensis.

2. HILARIUS.] Matri dñm. plu-  
ra de his ad Lampridii Alexandrum  
Severum.

4. Vehiculo suo me & judiciali carpen-  
top.] E<sup>o</sup> Διον. nam carpentum  
non aliud est quam vehiculum. judi-  
ces, id est magistratus honoratiibus  
vehiculis usos ex his scriptoribus, a-  
liisque, & maxime ex libris juris no-  
tum est.

2 Hila-